EMMANVELIS ALVARI, E SOCIETATE IESV,

De Institutione Grammatica, Libri Tres,

QVORVM SECVNDVS NVPER EST ad Veterum fere Grammaticorum rationem reuocatus.

Adiectis nunc Compendiolo Secundi & Tertij Libri, & communibus constructionis regulis,

A LVDOVICO CARBONE COLLECTIS,

Ortographiæq. Aldi Mannuccij, Paulli F. Aldi N. Epitome, atque Græco, & Hebræo Alphabeto.

VENETIIS, *Muschius Excudebat.* M. D. XC.

CVM PRIVILEGIO.

STVDIOSO ADOLESCENTI

PAVLO PINCIO, PHILIPPI ORATORIS CLARISS. FILIO,

Andreas Muſchius, S. P. D.

CVM te humanioribus ſtudijs operam dare intellexerim, & haſce Grammaticas lucubrationes Aluari, vna cum Ludouici Carbonis Compendiolo imprimere ſtatuerim, eas nomini tuo dicare decreui, non modo, vt meam erga te beneuolentiam, & in Philippum patrem tuum, Oratorem clariſsimum, obſeruantiam cognoſceres: verum etiam, vt ingenium tuum pro viribus adiuuarem. Ad hoc pariter Ioſephi Pecchij præceptoris tui, me virtus, ac eruditio impulit, cui ob eam, quam in te erudiendo operam nauat, me ſummopere propenſum eſſe pro-

fiteor. Reliquum eſt, vt doctrinam, moreſq. optimos amplectaris; mortales enim virtute præditi, omnibus fortunæ telis, quibus vita noſtra expoſita eſt, obſiſtere, dignitateſque & opes facillime conſequi poſſunt, Angeliſque ipſis (vt vno verbo dicam) ſimillimi fiunt. Cernis Parentem tuum doctiſsimum, ac omnium horarum virum, quanto in honore ab omnibus habeatur, & quanta nedum priuata, verum ipſiuſmet Reip. negotia agat, ac tueatur: ea enim eſt eius eloquentia, fides, atque prudentia, vt cæteros omnes, nedum te, ad virtutem ſectandam impellere poſsit. Accedant eo tot, tantaque virtutis Maiorum tuorum doctiſsima monumenta, & (quod inſignius eſt) Matris quoque probitas, atque doctrina. His calcaribus incœptum virtutis iter facillime perficies, & ſi qua diligentia cœpiſti, ſtudia proſecutus fueris (vt minime verendum eſt) Parentibus, Præceptoribus, amicis, tibique ipſi hoc erit maximo vſui, & ornamento. Vale.

Venetijs, Kal. Septemb. M. D. XC.

AVCTOR LECTORI.

LIBROS *de Grammatica Institutione, quos nuper explanationibus illustratos ediderâm, compulsus sum, Lector humanissime, nudos fere, ac luce priuatos, diligentius tamen correctos, denuo foras dare; tum, ne scholiorum multitudine impedirentur tirones; tum, vt eis non solum ad diuites, sed etiam ad tenuiores, quorum multò maior semper fuit copia, aditus pateret. Quare, te etiam, atque etiam rogo, vt eorum tenuitatem, vel nuditatem potius, boni consulas. Vale.*

AVCTORIS CARMEN AD LIBRVM.

SI quis te criticus docto perstrinxerit vngue,
Sint tibi censoris munera grata tui.
Grates lætus ages, toruos ne contrahe vultus;
Nec signa ingrati pectoris vlla dabis.
Siquid Aristarchus forsan laudauerit idem,
Lumina deijcies, occupet ora rubor.
Ne te mulceri flatu patiaris inani:
Debetur soli gloria vera Deo.

IDEM AD CHRISTIANVM PRÆCEPTOREM.

PAucis te volo, Christiane doctor,
Aurem, quæso, benignus admoneto.
Mores si doceas pios, pudicos
Primum; dein monumenta purioris
Linguæ, cum pietate copulata
Vera, te faciet beatioris
Vitæ participem omnium Magister.

EMMANVELIS ALVARI, E SOCIETATE IESV, DE INSTITVTIONE GRAMMATICA, Liber Primus.

PRÆFATIO.

IVRE *optimo labor hic, qualiscunque est, frustra susceptus in tanta librorum multitudine videri posset, nisi singularis illa virtus, qua res paruæ crescunt, sine qua maximæ dilabuntur, nos tueretur. Etenim, cum Patribus nostris illud inprimis propositum sit, atque ob oculos perpetuo versetur, vt qui Societati* IESV, *eiusdem Dei Opt. Max. beneficio, nomen dedimus, non solum in ijs, quæ propria ipsius sunt instituti, verum etiam in rebus, quæ minimi videntur esse momenti, concordis-*

ſime viuamus: viſum eſt ab aliquo noſtrum Grammaticam artem ſcribendam eſſe, qua vbique terrarum, quo ad eius fieri poſſet, noſtri vterentur. Quod onus, cum mihi eſſet impoſitum, id equidem non meis humeris, (ſcio enim quam ſim imbecillis) ſed ſanctæ Obedientiæ viribus fretus, libenter ſuſcepi. Nam ei, qui ſponte ſua, ſui iuris eſſe desijt, proprioque iudicio, atque voluntati propter Deum nuncium remiſit, non tam inſcitiæ nota, quam nec obedientis animi crimen pertimeſcendum eſt. Suſcepto itaque onere, operam dedi, ne officio meo deeſſem: fontes ipſos adij, M. Varronis Romanorum omnium eruditiſſimi libros de Etymologia, atque Analogia, duodecim Fabij Quinctiliani de Institutione Oratoria, qui mihi magnum adiumentum attulerunt, Auli Gellij Noctium Atticarum vndeuiginti, Probi, Diomedis, Phocæ, Donati, Priſciani Inſtitutiones Grammaticas, vt potui, perlegi: quorum poſtremus ante mille annos, Iuſtiniani Principis ætate, Athenis floruit. Is, præter ceteros, decem & octo libros ſcripſit, in quibus paſſim hominum doctiſſimorum teſtimonijs vtitur, quorum hodie aut

nulla,

nulla, aut perexigua exstant vestigia. Est ille quidem sermone inornato, & incompto, sed multa ac varia eruditione. Labitur interdum vt homo; maxime vbi Latina præcepta, vt Græcus, ad Græcorum normam exigit: sed grauißimorum auctorum, quos tertio quoque verbo citat, præclara atque luculenta doctrina eius errata obteguntur penitus, & obscurantur. De rebus, vel minimis, tenuißimisque hoc est, primis elementis, quæ fuit diligentia, testes locupletißimos M. Varronem, C. Cæsarem, Plinium, atque alios quamplurimos producit. Nemo mihi quidem rem Grammaticam copiosius, nemo accuratius, aut tractasse, aut plures veterum Grammaticorum commentarios videtur peruolutasse. Quod ad recentiores attinet, eos potißimum euoluimus, qui nobis vsui essent futuri. Iactis ad hunc modum fundamentis, ex vtrisque Grammatices præcepta delegimus, quæ Terentij, Ciceronis, Cæsaris, Liuij, Virgilij, Horatij, atque aliorum veterum testimonijs, pro nostra tenui, infirmaque parte, confirmauimus. De his, si qui forte in hunc librum incidissent, breuiter putauimus admonendos. Reliquum

est,

est, quoniam librorum infinitus est numerus, ſcribendorum nullus eſt finis, vt conuenienter diuinis præceptis, congruenterque viuamus: ita enim fiet, vt in libro vitæ conſcripti, Dei Opt. Max. conſpectu, cui hoc opuſculum dicamus, perpetuo fruamur.

ADMONITIO AVCTORIS.

CVM præclarum illud Horatij dictum, Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu, veriſſimum eſſe reipſa quotidie experiamur: dabit in primis operam præceptor, vt diſcipuli etiam nunc tirones, & Latinæ linguæ rudes, iam inde a principio optimę pronunciationi aſſueſcant. quod vt facilius aſſequantur, ſtudioſe, diligenterq. obſeruabit, quibus pręcipue vitijs laboret ea regio, in qua ſibi commiſſam iuuentutem inſtituet: nam ſingulis fere nationibus domeſtica quędam, ac natiua inſunt vitia; quibus Latini ſermonis ſplendor obſcuratur, atque pæne obruitur. Noſtrates pueri, ſi magiſtrũ diligentem, ac bene pronunciandi ſtudioſum nacti fuerint, non male equidem pronunciant: Sin vero in eum inciderint, qui officio ſuo deſit, ac de auditorum progreſſu parum ſit ſolicitus, barbare litteras M, & N, extremas ſonant. vtuntur enim littera neſcio qua, notha, & adulterina: cuius litterę P. Nigidius apud A. Gellium, lib. 19. cap. 14. mentionem facit. Inter litteram, inquit, N, & G, eſt alia vis, vt in nomine Anguis, & Angaria, & Anchoræ, & Increpat, & Incurrit, & Ingenuus. In omnibus enim his, non verum N, ſed adulterinum ponitur. nam N, non eſſe, lingua indicio eſt. Nam, ſi ea littera eſſet, lingua palatum tangeret. Hæc ille. Loquitur, vt vides, non de extrema littera N, ſonus tamen & pronunciatio eadem prorſus eſt, quæ noſtratium M, & N, cum ſunt vltimę: eodem enim modo barbari M, & N, extremas pronunciant. D, T, itidem extremas ſæpenumero intactas omittunt: interdum poſteriori vocalem E, adiungunt, Eſte, Abeſte, pro Eſt, Abeſt,

Abeſt,dicentes. C, vltimæ eamdem vocalem addunt, eamque ſono accedente ad litteram Q, pronunciant: Hice, Hæce, Hoce, effutientes: quos, ne primam quidem nominum formam patietur præceptor ediſcere, niſi prius hanc barbariem penitus exuerint. nam, cum pronomen hoc crebro ſit vſurpandum, opus eſt, vt id ante optime pronuncient, quam memoriæ infigant. In medijs vocalibus C, ante T, vix attingunt: Pactum, dilectum, dictum, doctum, ductum, quæque ſunt generis eiuſdem C, littera, priuantes. Eadem iniuria afficiunt P, ante T, & S: Aptus, ineptus, ſcriptus, ruptus, carpſi, repſi, ſcripſi, nupſi: ſiquidem in his, & ſimilibus verbis vix auditur P. Iidem alterum S, nonnunquam ſupprimunt: Differo, diſſoluo, diſſipo, diſſidium, & nonnulla id genus perperam ſonantes. V, poſt litteras Q, & G, cum liqueſcit ita opprimunt, vel potius extinguunt: vt, Quare, Quam, Aqua, Lingua, & alia eiuſdem generis verba fœdiſſime corrumpant. Iam vero X, quocumque loco fuerit, pronunciantes, pingue quiddam, & peregrinum ſonant, vſque eo; vt, cum verbi cauſſa, Dixi, pronunciarint, credas te non Romanum, ſed Arabicum verbum audiſſe. In his atque ceteris vitijs extirpandis neruos omnes vigilans & induſtrius præceptor contendet. Varia remedia excogitabit, quibus, os linguamque rudem informet: attentiſſimo ac libentiſſimo animo ſuos tirones legẽtes audiet: curabit vt M, preſſis labris ſonent: docebit N, ita pronunciandum, vt lingua palatum tangat: etiam atque etiam inſtabit, vrgebit, vt Hic, Hæc, Hoc, ita pronuncient, vt vocalem quam de ſuo addunt, procul abijciant: X, in priſtinum ſtatum reſtituet, ac frequentiſſime inculcabit, compendium eſſe duarum litterarum C, & S, neque aliter Dixi pronũciandum eſſe, quam ſi per C, & S, ſcriberetur DICSI. Rubiginem in elementarijs ludis contractam, diligentiſſime deterget: in his enim multa variaq. pronunciationis monſtra naſcuntur. Hic frequẽtes illi barbariſmi Deio, meio, deium,

meium,

meium, meia, meiam, meias, nostratibus in ore sunt; si quidẽ I, post E, pronunciant, quoties dictio in syllabas Eum, eo, eos, eam, ea, eas desinunt. Hinc, Eitiam, tertio quoque verbo, pro Etiã. In ijsdẽ syllabarijs scholis pleraque omnia, quæ supra diximus, orta sunt vitia. nã dũ verba articulatim, syllabatimque potius mandũt, quã sonãt, litterasq. alias addunt, alias detrahũt, alijs alias permutant, sonos fingunt nouos, & inauditos. Quare congerenda est magna uerborum silua, quorum pronunciatio difficilior sit, quibus cum tamdiu noui palestritæ luctabuntur, donec, deuicta, & prostrata fœdissima barbaries e palæstra, gymnasioq. extrudatur, & in perpetuũ relegetur. Hoc idẽ Fab. lib. 1. initio vehementer præceptoribus cõmendat, his verbis: Non alienum fuerit ab ijs ætatibus, quo sit absolutius os, & expressior sermo, ut nomina quædam versusq. affectatæ difficultatis ex pluribus asperrime coeũtibus inter se syllabis catenatos, & velut confragosos quã citatissime voluant, χαλεποί, Græce vocantur. Res modica dictu, qua tamen omissa, multa lingnæ vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur. Latinum Alphabetum, vel syllabatim, dictare non erubescet, alioquin, id quod sæpe vsu venit, post multos annos, analphabeti reperientur: Eme, Ene, Erre, & alia his deteriora litterarum nomina perridicule vsurpantes. Quod si professor id existimabit humilius esse, quam vt suum gymnasiũ deceat, potiusq. ad elementarios abecedariosq. magistros spectare; meminerit, & se, & eam, quam profitetur artem, ab elementis, litterisque nomen traxisse. Nos certe, quoniam in eadem versamur, ipsum non nudis formis, sed plenis nominibus libentissime subijciemus, A, Be, Ce, De, E, Ef, Ge, Ha, I, Kappa, El, Em, En, O, Pe, Qu, Er, Es, Te, V, Ix, Ypsylon, Zeta. Multa denique, ne longior sim, tirunculis discenda, multa dediscenda sunt, pro varijs nationum linguis & vitijs, quæ præceptor pro sua prudentia ac eruditione, etiam atque etiam considerabit.

DE NOMINVM DECLINATIONE.

VETERES illi, ac nobiles Grammatici, vel Ciceronis florentissima ætate, nominibus declinandis Pronomen siue Articulum (nam vtroque modo a Terentio Varrone dicitur) Hic, hæc, hoc, casibus omnibus præponebant; quo tum nominum genera, tum casus notabant: non quod Græcorum more Romani articulos in oratione adhiberent; sed vt expeditius rem Grammaticam tractarent: ne si virile, muliebre, ac neutrum genus nominandi, interrogandi, dandi, ceterosque casus sæpius inculcarent, legentibus tædium afferrent. Qua declinandi ratione M. Varro Romanorum eruditissimus frequentissime vtitur in ijs libris, quos de Analogia scriptos reliquit; in quorum tertio, Dicunt, inquit, non habere casus, Mox, & Vix: Nequam, habere, quod dicamus, hic nequam, huius nequam, huic nequam. Idem, in eodem, vbi de naturali & voluntaria declinatione agit, Naturam dico, cum vniuersi acceptum nomen ab eo, qui imponit, non requirimus quemadmodum id velit declinari, sed ipsi declinamus: vt huius Romæ, hanc Romam. In eodem, Dicitur enim hic Lepus, & hoc Nemus: si eiusdem generis essent,

sent, utrique præponeretur idem, ac diceretur, aut hic Lepus, & hic Nemus; aut hoc Lepus, & hoc Nemus. P. Nigidius, quem M. Tullius propter excellentem & ingenij & eruditionis præstantiam coluit, atque plurimum fecit, in quarto & vigesimo commentariorum Grammaticorum, apud Gellium lib. 13. cap. 24. Si huius, inquit, amici, vel huius magni scribas, unum I, facito extremum: sin vero hi amicei, hi magnei casu multitudinis recto, tunc ante I, scribendum erit E, atque id ipsum facies in similibus. Eodem modo Fabius Probus, Gellius locuti sunt, & qui post eos præcepta grammaticæ tradiderunt. Donatus non solum articulos casibus, sed ipsis etiam articulis casuum appellationes præposuit hoc modo: Nominatiuo hic magister, genitiuo huius magistri, datiuo huic magistro. Diomedes veterum ritu, articulis contentus fuit. Quid ergo, dicat aliquis, tibi in mentem venit, vt a grauissimorum hominum sententia recederes? Ego vero tantum abest, vt ab eorum sententia recesserim, vt ipsos etiam in his commentariolis ad imitandum mihi potissimum proposuerim. Quibus igitur rationibus adductus, pueris declinationum formas, prætermissis articulis ediscendas proponis? Nimirum, quia satis superque arbitror casuum vocabula ipsis casibus præponere, articulos vero nominum tantum positionibus, rectisque casibus. Aliud est enim rationem, viamque tradere, qua Latinam linguam discas: aliud Grammaticæ quæstiones explicare, nodosque difficiles expedire. Hic, & articulis licet vtare, & alijs, quæ Grammaticorum quidem sunt propria, sed a Latini sermonis

cultu

cultu & elegantia longe alienissima; illinc omnia, quæ potius impedimento, quam emolumento esse possunt, omnino, quoad eius fieri poterit, remouenda sunt. Quorsum enim ea pueri memoriæ mandent, quæ nullam ipsis vtilitatem sint allatura? Quid attinet nomina articulis infercire, quorum nullus in oratione Latina sit vsus? Quod si priscis illis temporibus id studio fuit ludi magistris, vt pueros nomina in casus inclinantes articulis, tamquam crepitaculis quibusdam, oblectarent: nemini id mirum videri debet; siquidem ea ætate Latinam linguam cum lacte nutricis sugebant. Nobis vero non idem licet, qui musas non domi natas, sed multo sudore partas colimus. Quæ cum ita sint, ea doceantur, quæ breui eis vsui futura sunt. Incipiant iam nunc loco articulorum mobilia nomina cum fixis coniungere, & in ipso primo aditu, vestibuloque Grammaticę Adiectiui, ac Substantiui nominis consensum, concordiamque degustare; ac rectæ constructionis partem, licet imprudentes, experiri: ita enim fiet, vt assidua exercitatione, tum expeditius, tum facilius & scribant, & loquantur. Quæ me caussa mouit, vt declinandi initium a muliebri vocabulo facerem, vt vel primo ipso die, quo Grammaticam attigissent, aliquem sui laboris fructum perciperent: nam Adiectiua, si eiusdem sint formæ atque exitus, sine vllo labore cum Substantiuis copulant, vt Ferula Acerba; sin autem figura ab ijsdem discrepent, non statim, sed paucis post diebus declinanda sunt, vt Ferula Minax, Musa Dulcis.

PRIMA NOMINVM DECLINATIO.

Musa, nomen declinationis primæ, generis feminini, numeri singularis, sic declinabitur.

Nõ hæc	Musa.	
Genitiuo	Musæ.	*Hæc musa iucũda.*
Datiuo	Musæ.	*Hęc ferula acerba.*
Accusatiuo	Musã.	Paucis post dieb.
Vocatiuo	o Musa.	*Hæc musa dulcis.*
Ablatiuo	a Musa.	*Hęc ferula minax.*
Numero plurali.		*Hic nauta vigilãs.*
Nominatiuo	Musæ.	*Hic poeta optimus*
Genitiuo	Musarum.	
Datiuo	Musis.	
Accusatiuo	Musas.	
Vocatiuo	o Musæ.	
Ablatiuo	a Musis.	

Assuescãt pueri in ipso primo aditu, vestibuloque Grammaticæ adiectiua nomina cũ substantiuis copulare. Adiectiua ne multa sint, ne inepta, ne temere cõgesta: sint delecta, a bonis auctoribus petita, ad summum duo: vt, Puer verecundus, & ingeniosus.

SECVNDA DECLINATIO.

Dominus, nomen declinationis secundæ, generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.

Nõ hic	Dominus.	*Hic dominus iustus.*
Genitiuo	Domini.	*Hic dominus bonus.*

Datiuo	Domino.	Aliquot poſt dies.
Accuſatiuo	Dominũ.	*Hic Dominus prudens.*
Vocatiuo	o Domine.	*Hic animus generoſior.*
Ablatiuo	a Domino.	*Hæc populus proceriſſi-*

Numero plurali. *ma.*

Nominatiuo	Domini.
Genitiuo	Dominorum.
Datiuo	Dominis.
Accuſatiuo	Dominos.
Vocatiuo	o Domini.
Ablatiuo	a Dominis.

Templum, nomen declinationis ſecundæ, generis neutri, numeri ſingularis, ſic declinabitur.

Ntõ hoc	Templum.	
Genitiuo	Templi.	*Hoc tẽplũ ſãctiſſimũ.*
Datiuo	Templo.	*Hoc ingeniũ eximiũ.*
Accuſatiuo	Templum.	Suo tempore.
Vocatiuo	o Templum.	*Hoc templũ ingens.*
Ablatiuo	a Templo.	*Hoc ingeniũ illuſtre.*

Numero plurali.

Nominatiuo	Templa.
Genitiuo	Templorum.
Datiuo	Templis.
Accuſatiuo	Templa.
Vocatiuo	o Templa.
Ablatiuo	a Templis.

TERTIA DECLINATIO.

Sermo, nomen declinationis tertiæ, generis maſculini, numeri ſingularis, ſic declinabitur.

NTõ hic	Sermo.	*Hic ſermo elegans.*
Gtõ	Sermonis.	*Hic ſermo quotidianus.*
Datiuo	Sermoni.	Ac-

Accusatiuo Sermonẽ. *Hæc virtus admirãda.*
Vocatiuo o Sermo. *Hæc oratio elegantior.*
Ablatiuo a Sermone.

Pluraliter.

Nominatiuo Sermones.
Genitiuo Sermonum.
Datiuo Sermonibus.
Accusatiuo Sermones.
Vocatiuo o Sermones.
Ablatiuo a Sermonibus.

Tempus, nomen declinationis tertiæ, generis neutri, numeri singularis, sic declinabitur.

Ntõ hoc Tempus. *Hoc tempus breuius.*
Genitiuo Temporis. *Hoc tempus preciosũ.*
Datiuo Tempori. *Hoc tempus velox.*
Accusatiuo Tempus. *Hoc nomen celebre.*
Vocatiuo o Tempus. *Hoc flumen rapidum.*
Ablatiuo a Tempore.

Pluraliter.

Nominatiuo Tempora.
Genitiuo Temporum.
Datiuo Temporibus.
Accusatiuo Tempora.
Vocatiuo o Tempora.
Ablatiuo a Temporibus.

Parens, nomen declinationis tertiæ, generis communis, numeri singularis, sic declinabitur.

Ntõ hic, & hæc Parens.
Genitiuo Parentis.
Datiuo Parenti.
Accusatiuo Parentem.

Vocatiuo o Parens.
Ablatiuo a Parente.

Pluraliter.

Nominatiuo Parentes.
Genitiuo Parentum. *Hic & hæc ciuis.*
Datiuo Parentibus. *Hic & hæc hostis.*
Accusatiuo Parentes.
Vocatiuo o Parentes.
Ablatiuo a Parentibus.

His nominibus addũtur Adiectiua, nõ cõiunctim, sed separatim: Hic ciuis Romanus, Hęc ciuis Romana.

QVARTA DECLINATIO.

Sensus, nomen declinationis quartæ, generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.

NTõ hic Sensus. *Hic sensus hebes.*
Genitiuo Sensus. *Hic sensus tardus.*
Datiuo Sensui. *Hic sensus tenuis.*
Accusatiuo Sensum. *Hæc anus delira.*
Vocatiuo o Sensus.
Ablatiuo a Sensu.

Numero plurali.

Nominatiuo Sensus.
Genitiuo Sensuum.
Datiuo Sensibus.
Accusatiuo Sensus.
Vocatiuo o Sensus.
Ablatiuo a Sensibus.

Genu, nomen declinationis quartæ, generis neutri, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominatiuo hoc Genu. *Hoc genu flexum.*

Genitiuo

Genitiuo	Genu.	*Hoc genu tumens.*
Datiuo	Genu.	
Accusatiuo	Genu.	
Vocatiuo	o Genu.	
Ablatiuo	a Genu.	
	Pluraliter.	
Nominatiuo	Genua.	
Genitiuo	Genuum.	
Datiuo	Genibus.	
Accusatiuo	Genua.	
Vocatiuo	o Genua.	
Ablatiuo	a Genibus.	

QVINTA DECLINATIO.

Dies, nomen declinationis quintæ, generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.

NTō hic	Dies.	*Hic dies lætissimus.*
Genitiuo	Diei.	*Hic dies illustris.*
Datiuo	Diei.	*Hæc res domestica.*
Accusatiuo	Diem.	*Hæc res familiaris.*
Vocatiuo	o Dies.	
Ablatiuo	a Die.	
	Numero plurali.	
Nominatiuo	Dies.	
Genitiuo	Dierum.	
Datiuo	Diebus.	
Accusatiuo	Dies.	
Vocatiuo	o Dies.	
Ablatiuo	a Diebus.	

DE NOMINVM ADIEctiuorum declinationibus directis, & obliquis.

Bonus, bona, bonum, nomen mobile, declinationis primæ, & secundæ, numeri singularis, sic declinabitur.

NTõ	Bonus, bona, bonum.
Genitiuo	Boni, bonæ, boni.
Datiuo	Bono, bonæ, bono.
Accuſatiuo	Bonum, bonam, bonum.
Vocatiuo	o Bone, bona, bonum.
Ablatiuo	a Bono, bona, bono.

Pluraliter.

Nominatiuo	Boni, bonæ, bona.
Genitiuo	Bonorum, bonarũ, bonorũ.
Datiuo	Bonis.
Accuſatiuo	Bonos, bonas, bona.
Vocatiuo	o Boni, bonæ, bona.
Ablatiuo	a Bonis.

Subiecta nomina eodem modo declinantur, niſi quod caſus interrogandi ſyllaba, IVS, dandi vero, I, littera terminantur.

ALter,altera,alterum: alterius,alteri.
Alius,alia,aliud: alius,alij.
Solus,ſola,ſolum: ſolius,ſoli.
Totus,tota,totum: totius toti.
Vnus, vna,vnum: vnius,vni.
Vllus,vlla,vllum: vllius,vlli.
Nullus,nulla,nullum: nullius,nulli.

Vter,

Vter,vtra,vtrum : vtrius,vtri.
Neuter,neutra,neutrum : neutrius,neutri.
Vterque,vtraque,vtrumque : vtriusque,vtrique.
Alteruter,alterutra,alterutrũ:alterutri⁹,alterutri.

TERTIA NOMINVM Adiectiuorum declinatio.

Acer, acris, acre, nomen adiectiuum, declinationis tertiæ, numeri singularis, sic declinabitur.

NTó hic	Acer, hæc acris, hoc acre.
Genitiuo	Acris.
Datiuo	Acri.
Accusatiuo	Acrem, & acre.
Vocatiuo	o Acer, acris, & acre.
Ablatiuo	ab Acri.
	Plurali.
Nominatiuo	Acres, & acria.
Genitiuo	Acrium.
Datiuo	Acribus.
Accusatiuo	Acres, & acria.
Vocatiuo	o Acres, & acria.
Ablatiuo	ab Acribus.

Breuis, & breue, nomen adiectiuum, declinationis tertiæ, numeri singularis, sic declinabitur.

Ntó hic & hæc	Breuis, & hoc breue.
Genitiuo	Breuis.
Datiuo	Breui.
Accusatiuo	Breuem, & breue.
Vocatiuo	o Breuis, & breue.
Ablatiuo	a Breui.

Numero plurali.

Nominatiuo	Breues, & breuia.
Genitiuo	Breuium.
Datiuo	Breuibus.
Accusatiuo	Breues, & breuia.
Vocatiuo	o Breues, & breuia.
Ablatiuo	a Breuibus.

Breuior, & breuius, nomen cōparatiuum, declinationis tertiæ, numeri singularis, sic declinabitur.

Ntō hic, & hæc	Breuior, & hoc breuius.
Genitiuo	Breuioris.
Datiuo	Breuiori.
Accusatiuo	Breuiorem, & breuius.
Vocatiuo	o Breuior, & breuius.
Ablatiuo	a Breuiore, vel breuiori.

Pluraliter.

Nominatiuo	Breuiores, & breuiora.
Genitiuo	Breuiorum.
Datiuo	Breuioribus.
Accusatiuo	Breuiores, & breuiora.
Vocatiuo	o Breuiores, & breuiora.
Ablatiuo	a Breuioribus.

Felix, nomen adiectiuum, declinationis tertiæ, generis omnis, numeri singularis, sic declinabitur.

Ntō hic, & hæc, & hoc	Felix.
Genitiuo	Felicis.
Datiuo	Felici.
Accusatiuo	Felicem, & felix.
Vocatiuo	o Felix.
Ablatiuo	a Felice, vel felici.

Na-

Numero plurali.

Nominatiuo	Felices, & felicia.
Genitiuo	Felicium.
Datiuo	Felicibus.
Accusatiuo	Felices, & felicia.
Vocatiuo	o Felices, & felicia.
Ablatiuo	a Felicibus.

Cum sextus casus nominum, quæ litteris N, & S, terminantur, in E, vt Verrius Flaccus auctor grauissimus docet, fere exeat, cumque genitiuus multitudinis eorundem nominum raro ab Oratoribus imminuatur, si quidem, Diligentium, elegantium, ingentium, & alios id genus casus, plenos, non imminutos, diligentum, elegantum, &c. ferme usurpant, in locum nominis, Prudens, substituimus, Felix, ne imperitis errandi ansam daremus. Non negamus esse quædam, quorum ablatiuus etiam, I, littera finiatur, cuiusmodi sunt, Ingens, recens, vehemens: de quibus, atque participijs, quæ eiusdem sunt positionis, fusius suo loco diximus. Hic enim tantum nobis admonendus fuit lector de hac exemplorum permutatione. Felix, in primis placuit, quod eo Diomedes & Donatus vsi fuerint.

NOMINA ANOMALA.

NTō hæc	Domus.
Genitiuo	Domi, vel domus.
Datiuo	Domui.
Accusatiuo	Domum.
Vocatiuo	o Domus.
Ablatiuo	a Domo.

Plu-

Pluraliter.

Nominatiuo	Domus.
Genitiuo	Domorum, vel domuum.
Datiuo	Domibus.
Accuſatiuo	Domos, vel domus.
Vocatiuo	o Domus.
Ablatiuo	a Domibus.

Pluraliter.

Nominatiuo	Duo,duæ,duo.
Genitiuo	Duorum,duarum, duorũ.
Datiuo	Duobus,duabus,duobus.
Accuſatiuo	Duos,vel duo,duas,duo.
Vocatiuo	o Duo,duæ,duo.
Ablatiuo	a Duobus,duabus,duobus.

Ambo eodem modo declinantur.

Pluraliter.

Nominatiuo	Ambo,ambæ,ambo.
Genitiuo	Amborum, ambarũ, amborum.
Datiuo	Ambobus, ambabus, ambobus.
Accuſatiuo	Ambos,vel ambo,ambas,ambo.
Vocatiuo	o Ambo,ambæ,ambo.
Ablatiuo	ab Ambobus, ambabus, ambobus.

DE PRONOMINVM Primitiuorum declinatione.

Ego, pronomen perſonæ primæ, numeri ſingularis, ſic declinabitur.

NOminatiuo	Ego.
Genitiuo	Mei.
Datiuo	Mihi,vel mi.

Accu-

Accusatiuo	Me.
Ablatiuo	a Me.
	Pluraliter.
Nominatiuo	Nos.
Genitiuo	Noſtrum, vel noſtri.
Datiuo	Nobis.
Accuſatiuo	Nos.
Ablatiuo	a Nobis.

Tu, pronomen perſonæ ſecundæ, numeri ſingularis, ſic declinabitur.

Nominatiuo	Tu.
Genitiuo	Tui.
Datiuo	Tibi.
Accuſatiuo	Te.
Vocatiuo	o Tu.
Ablatiuo	a Te.
	Pluraliter.
Nominatiuo	Vos.
Genitiuo	Veſtrum, vel veſtri.
Datiuo	Vobis.
Accuſatiuo	Vos.
Vocatiuo	o Vos
Ablatiuo	a Vobis.

Sui, pronomen perſonæ tertiæ, numeri vtriuſque, ſic declinabitur.

Genitiuo	Sui.
Datiuo	Sibi.
Accuſatiuo	Se.
Ablatiuo	a Se.
	Plurali.
Genitiuo	Sui.

Datiuo	Sibi.
Accuſatiuo	Se.
Ablatiuo	a Se.

Pronomina Hic, Iſte, Ille, Ipſe, Is, Idem, quæ aliqua ex parte primam, & ſecundam nominum adiectiuorum declinationem imitantur, ſic declinantur.

Nominatiuo	Hic, hæc, hoc.
Genitiuo	Huius.
Datiuo	Huic.
Accuſatiuo	Hunc, hanc, hoc.
Ablatiuo	ab Hoc, hac, hoc.
	Numero plurali.
Nominatiuo	Hi, hæ, hæc.
Genitiuo	Horum, harum, horum.
Datiuo	His.
Accuſatiuo	Hos, has, hæc.
Ablatiuo	ab His.
	Numero ſingulari.
Nominatiuo	Iſte, iſta, iſtud.
Genitiuo	Iſtius.
Datiuo	Iſti.
Accuſatiuo	Iſtum, iſtam, iſtud.
Ablatiuo	ab Iſto, iſta, iſto.
	Plurali.
Nominatiuo	Iſti, iſtæ, iſta.
Genitiuo	Iſtorum, iſtarum, iſtorum.
Datiuo	Iſtis.
Accuſatiuo	Iſtos, iſtas, iſta.
Ablatiuo	ab Iſtis.

Nu-

Numero ſingulari.

Nominatiuo	Ille, illa, illud.
Genitiuo	Illius.
Datiuo	Illi.
Accuſatiuo	Illum,illam,illud.
Ablatiuo	ab Illo, illa, illo.

Plurali.

Nominatiuo	Illi,illæ,illa.
Genitiuo	Illorum,illarum,illorum.
Datiuo	Illis.
Accuſatiuo	Illos,illas,illa.
Ablatiuo	ab Illis.

Numero ſingulari.

Nominatiuo	Ipſe,ipſa,ipſum.
Genitiuo	Ipſius.
Datiuo	Ipſi.
Accuſatiuo	Ipſum,ipſam,ipſum.
Ablatiuo	ab Ipſo,ipſa,ipſo.

Plurali.

Nominatiuo	Ipſi,ipſæ,ipſa.
Genitiuo	Ipſorum, ipſarum, ipſorum.
Datiuo	Ipſis.
Accuſatiuo	Ipſos,ipſas,ipſa.
Ablatiuo	ab Ipſis.

Numero ſingulari.

Nominatiuo	Is,ea,id.
Genitiuo	Eius.
Datiuo	Ei.
Accuſatiuo	Eum,eam,id.
Ablatiuo	ab Eo,ea,eo.

Plu-

Pluraliter.

Nominatiuo	Ij, eæ, ea.
Genitiuo	Eorum, earum, eorum.
Datiuo	Eis, vel ijs.
Accusatiuo	Eos, eas, ea.
Ablatiuo	ab Eis, vel ijs.

Numero singulari.

Nominatiuo	Idem, eadem, idem.
Genitiuo	Eiusdem.
Datiuo	Eidem.
Accusatiuo	Eumdem, eamdem, idem.
Ablatiuo	ab Eodem, eadem, eodem.

Plurali.

Nominatiuo	Ijdem, eædem, eadem.
Genitiuo	Eorumdē, earūdem, eorumdē.
Datiuo	Eisdem, vel ijsdem.
Accusatiuo	Eosdem, easdem, eadem.
Ablatiuo	ab Eisdem, uel ijsdem.

DE PRONOMINVM Deriuatiuorum declinatione.

Meus, mea, meum: Tuus, tua, tuum: Suus, sua, suum: Noster, nostra, nostrum: Vester, vestra, vestrum, declinantur vt nomina adiectiua primæ & secundæ declinationis.

Numero singulari.

Nominatiuo	Meus, mea, meum.
Genitiuo	Mei, meæ, mei.
Datiuo	Meo, meæ, meo.
Accusatiuo	Meum, meam, meum.

Vo-

Vocatiuo o Mi, mea, meum.
Ablatiuo a Meo, mea, meo.

Plurali.

Nominatiuo Mei, meæ, mea.
Genitiuo Meorum, mearum, meorum.
Datiuo Meis.
Accuſatiuo Meos, meas, mea.
Vocatiuo o Mei, meæ, mea.
Ablatiuo a Meis.

Hæc tria vocatiuo carent.

Tuus, tua, tuum.
Suus, ſua, ſuum.
Veſter, veſtra, veſtrum.
At noſter, noſtra, noſtrum, Vocatiuum habet, o noſter, noſtra, noſtrum.

Noſtras, & Veſtras, pronomina deriuatiua, omnis generis, declinantur vt nomina adiectiua tertiæ declinationis.

Nñõ hic, & hęc, & hoc Noſtras.
Genitiuo Noſtratis.
Datiuo Noſtrati.
Accuſatiuo Noſtratem, & noſtras.
Vocatiuo o Noſtras.
Ablatiuo a Noſtrate, vel noſtrati.

Plurali.

Nominatiuo Noſtrates, & noſtratia.
Genitiuo Noſtratium.
Datiuo Noſtratibus.
Accuſatiuo Noſtrates, & noſtratia.
Vocatiuo o Noſtrates, & noſtratia.
Ablatiuo a Noſtratibus.

Hic,

Hic, & hæc,& hoc Veſtras, vocatiuo caret.

Prouocabulum,ſiue pronomen relatiuum Qui,quæ, quod,ſic declinabitur.

Numero ſingulari.

Nominatiuo	Qui,quæ,quod.
Genitiuo	Cuius.
Datiuo	Cui.
Accuſatiuo	Quem,quam,quod.
Ablatiuo	a Quo vel qui, qua vel qui, quo vel qui.

Plurali.

Nominatiuo	Qui,quæ,quæ.
Genitiuo	Quorum,quarum,quorum.
Datiuo	Quis,vel quibus.
Accuſatiuo	Quos,quas,quæ.
Ablatiuo	a Quis, vel quibus.

Quis, prouocabulum, ſiue pronomen, interrogatiuum,ſiue infinitum, ſic declinabitur.

Numero ſingulari.

Nominatiuo	Quis vel qui, quæ, quod, vel quid.
Genitiuo	Cuius.
Datiuo	Cui.
Accuſatiuo	Quem,quam, quod,vel quid.
Ablatiuo	a Quo,qua,quo, vel qui.

Plurali.

Nominatiuo	Qui,quæ,quæ.
Genitiuo	Quorum,quarum,quorum.
Datiuo	Quis,vel quibus.
Accuſatiuo	Quos,quas,quæ.
Ablatiuo	a Quis,vel quibus.

Ablatiuus, Qui,eſt omnis generis,quo utimur poſt poſita præpoſitione,Cum:Terent.Heaut. Qui cũ loquitur

quitur filius? Cic. Sulpicio lib.4. Nemo est omnium, qui cum potius mihi, quam tecum communicandum putem. Virg.lib.11.

Tunc sic expirans, Accam ex æqualibus vnam
Alloquitur, fida ante alias quæ sola Camillæ,
Qui cum partiri curas.

Composita ex prouocabulo, Quis, cum præcedit.

QVisnam, quęnam, quodnam, vel quidnam: cuiusnam, cuinam.

Quispiam, quæpiam, quodpiam, vel quidpiam: cuiuspiam, cuipiam.

Quisquam, quæquam, quodquam, uel quidquã: cuiusquam, cuiquam.

Quisque, quęq;, qđq;, vel quidq;: cuiusq;, cuiq;.

Quisquis, quicquid: cuiuscuius, cuicui: quẽquẽ, quicquid, a quoquo.

Plurali.

Quiqui, quorumquorum, quibusquibus, quosquos, a quibusquibus.

Composita ex, Quis, cum sequitur.

ALiquis, aliqua, aliquod, vel aliquid: alicuius, alicui.

Ecquis, ecqua, uel ecquæ, ecquod, uel ecquid: eccuius, eccui.

Nequis, nequa, neqđ, uel nequid: necuius, necui.

Siquis, siqua, siquod, uel siquid: sicuius, sicui.

Composita ex prouocabulo, Qui.

QVicumque, quæcumque, quodcumque: cuiuscumque, cuicumque.

Quidam, quædam, quoddam, uel quiddã: cuius-

dam, cuidam.

Quilibet,quælibet,quodlibet,vel quidlibet: cuiuslibet, cuilibet.

Quiuis,quæuis,q̃duis,vel q̃duis: cuiusuis,cuiuis.

Quædam ex supradictis rursus componuntur.

Vnusquisque, unaquæque, unumquodque, uel vnumquidque: vniuscuiusque,vnicuique.

Ecquisnam,ecquænam,ecquodnã, vel ecquidnã.

Sequitur verborum coniugatio, Lusitanica interpretatione, & exemplis ad vsum Italicæ linguæ translata.

DE VERBORVM Coniugatione.

Sum, verbum substantiuum, modi indicatiui, temporis præsentis, numeri singularis, personæ primæ, sic declinabitur.

Modi indicatiui tempus præsens.

SVM,	Io sono,
Es,	Tu sei.
Est,	Quello è.
Plurali numero.	
Sumus,	Noi siamo.
Estis,	Voi siete.
Sunt,	Quelli sono.
Præteritum imperfectum,	
Eram,	Io era.
Eras,	Tu eri.
Erat,	Quello era.

Plurali,

Plurali.

Eramus,	Noi erauamo.
Eratis,	Voi erauate.
Erant,	Quelli erano.

Præteritum perfectum.

Fui,	Io fui, & son stato.
Fuisti,	Tu fusti, & sei stato.
Fuit,	Quello fù, & è stato.

Plurali.

Fuimus,	Noi fumo, & siamo stati.
Fuistis,	Voi fuste, & siete stati.
Fuerunt, vel fuere,	Quelli furono, & sono stati.

Præteritum plusquam perfectum.

Fueram,	Io era stato.
Fueras,	Tu eri stato.
Fuerat,	Quello era stato.

Plurali.

Fueramus,	Noi erauamo stati.
Fueratis,	Voi erauate stati.
Fuerant,	Quelli erano stati.

Futurum.

Ero,	Io sarò.
Eris,	Tu sarai.
Erit,	Quello sarà.

Plurali.

Erimus,	Noi saremo.
Eritis,	Voi sarete.
Erunt,	Quelli saranno.

Si quis, de Varronis sentẽtia volet futurum perfectum, siue exactum adiungere, sic conuertat licebit: Fuero, io sarò stato.

Imperatiui modi tempus præsens.

Es, vel esto,	Sij tu.
Sit,	Sia quello.

Plurali.

Simus, Siamo noi.
Este,uel estote, Siate noi.
Sint, Siano quelli.

Futurum, siue Modus mandatiuus.

Esto tu,uel eris, Sarai tu.
Esto ille,uel erit, Sarà quello.

Plurali.

Estote,uel eritis, Sarete uoi.
Sunto,uel erunt, Saranno quelli.

Optatiui modi tempus præsens, & imperfectum.

Vtinam essem, Fussi io, & Dio uolessi ch'io fussi.
Esses, Tu fussi.
Esset. Quello fusse.

Plurali.

Vtinam essemus, Fussimo noi, & Dio uolesse che noi fussimo.
Essetis, Voi fuste.
Essent, Quelli fussero.

Præteritum perfectum.

Vtinam fuerim, Dio uoglia ch'io sij stato.
Fueris, Tu sij stato.
Fuerit, Quello sia stato.

Plurali.

Vtinam fuerimus, Dio voglia che noi siamo stati
Fueritis, Voi siate stati.
Fuerint, Quelli siano stati.

Præteritum plusquam perfectum.

Vtinam fuissem, Fussi io stato, & Dio uolesse ch'io fussi stato.

Fuis-

Fuiſſes,	Tu fuſſi ſtato.
Fuiſſet,	Quello fuſſe ſtato.

Plurali.

Vtinam fuiſſemus,	Fuſſimo noi ſtati, & Dio uoleſſe che noi fuſſimo ſtati.
Fuiſſetis,	Voi fuſte ſtati.
Fuiſſent,	Quelli fuſſero ſtati.

Futurum.

Vtinam ſim,	Dio voglia ch'io ſij.
Sis,	Tu ſij.
Sit,	Quello ſia.

Plurali.

Vtinam ſimus,	Dio voglia che noi ſiamo.
Sitis,	Voi ſiate.
Sint,	Quelli ſiano.

De modo coniunctiuo.

Coniunctiuus modus, apud Latinos duntaxat, quinque temporibus, totidemque vocibus diſtinctis conſtat. Græci enim præſenti & imperfecto vocem vnam tantum, perfecto itidem vnam, & pluſquam perfecto tribuunt. Hebræi, atque Chaldæi cum hoc modo careant, eum ex indicatiuo, adhibitis certis particulis, vel ex infinito, præfixis certis litteris, ſeu præpoſitionibus ſupplent, quos etiam Arabes imitati ſunt. Vulgaria idiomata non apud omnes nationes eandem temporum ſeruãt rationem, & uſum. Quædam enim, excepto præſenti, & imperfecto, cetera tempora aliunde mutuantur, ut Luſitani. Immo uero ne præſens quidem, & imperfectum uſurpant, niſi, ſi Latine accedant illæ particulæ, ut, ne, & aliæ nonnullæ: aut etiam coniunctiones ad-

uersatiuæ, cuiusmodi sunt, Quamuis, Licet. Quamuis sim, Posto que seja. *Quamuis essem*, Ainda que fosse. *Quod si particula, Cùm, antecedat, non solum præteritum perfectum, & plusquam perfectum, sed & imperfectum, & præsens necessario ex indicatiuo, aut participijs ei supplenda sunt, qui Lusitane loqui velit. Dicet Fortasse aliquis; debuisses potius particulas, Ut, Ne, Quamuis, vel aliam huius generis coniunctiuo præponere, quæ in quolibet idiomate temporibus omnibus conueniret; vt saltem præsentis & imperfecti proprias voces etiã Lusitani pueri edíscerent. Sæpe id quidem tentaui, sed parum processit conatus. Sunt enim nonnulla tempora, cum quibus, aut nullo modo, aut durissime eædem particulæ coniunguntur, quod forsitan animaduertentes veteres Grammatici, Cum, ceteris anteposuerunt: hanc enim Diomedes, hanc Donatus subiunctiuo præfixit, hanc nos, quando aliter fieri non potest, eidem præposuimus.*

Admonitio Typographi.

Hæc ad Lusitanorum adolescẽtium vtilitatem, & commodum sic perscrutus est auctor, quæ, vt etiam Italis, & si quomodo fieri posset, alijs quoque nationibus essent vtilia necesse habuimus aliquid leuiter immutare, non nihil interdum addere, partim etiam demere: quo & diligẽtia constaret auctoris, & eius ad cæterorũ quamplurimos manaret vtilitas: poterit enim hæc quilibet ex his, vt nos in nostram, sic in suã quisque linguã facile conuertere. Hæc autẽ necesse habuit monere suos, præsertim Lusitanos, propterea quod antiquam coniunctiui modi interpretationem, qua ad hęc vsque tempora Lusitani in scholis vsi sunt, immutarit; & ad emẽdatam loquendi rationem, vt ipse probat, redegerit. Quod, etsi adolescentibus Italis minus videtur fortasse necessarium, quoniam tamen

men

men ex hisce formulis non mediocrem vtilitatem rudes posſunt percipere; libuit illas ex Luſitano in Italicum ſermonem conuertere, vt liberum ſit cuique, iiſdem formulis pueros, dum adhuc primis grãmatica rudimentis imbuuntur, exercere: ſic enim facile fiet, vt, dum verborum & nominum declinationem docentur, etiam conſtructionem aliquo modo addiſcant.

Nonnullæ tamen nationes longe diuerſa ratione loquendi cõiunctiui modi uoces vſurpant; quamuis nulla ex ſupradictis particulis accedat, vt Itali exempli gratia: Lætus eſſem, ſi te bene valere audirem, Sarei allegro, s'io intendeſſi, che tu ſteſsi bene. *Verum accedente particula, Cum, varijs modis apud illas efferuntur. Qua de re cogor paullo copioſius agere; quod multos intelligam primo aſpectu interpretationis tam diuerſæ, tamque multiplicis nouitate perculſum iri, qui vbi rem diligentius expenderint, nobiſcum eſſe facturos ſperamus. Cum ſis vir bonus, neminem improbum eſſe ſuſpicaris. Luſitani, & Hiſpani per indicatiuum conuertunt, adhibita particula, Como,* Como ſois bom, pareseuos que ninguem he malo. *Itali,* Conciosia che voi ſiate buono, o come quello che ſiete buono, & come che ſiete uoi buono, o eſſendo uoi buono, non penſate che neſſuno ſia triſto. *Idem valent & illæ formæ dicendi,* Perche uoi ſiete buono, & uoi come buono, non penſate, &c. *Vel omni coniunctione omiſſa,* Voi ſiete buono, & non penſate, &c. *Cum ſis fur, omnes tui ſimiles eſſe ſuſpicaris,* Conciosia coſa che tu ſia un ladro, o come quello che ſei tu vn ladro, & come che tu ſei un ladro, o ſendo tu un ladro, pẽſi che ogn'uno ſia coſi, & perche tu ſei un

 ladro,

ladro,&c.Et tu sei un ladro, & pensi che tutti sia no. *Cum essem innocens, neminem prorsus timebam*, Come quello ch'ero innocēte, di nessuno mi temeuo, & essēdo io innocēte, di nessuno temeuo. *Cum eo tēpore essem puer, non magnifaciebā tua consilia*, Essend'io all'hora fanciullo, non faceuo grā cōto de vostri cōsigli: *vel*, Cōciosia ch'io fussi innocente, & cōciosia cosa che io all'hora fusse fanciullo. *Hæc sic Italice, verū nō apud omnes nationes eodē modo: nā, si quis eadē Lusitanice sic reddat*, Como sejaes bom, pareçe uos che ninquen he mao: Como sejaes ladraom, &c. Como fusse innocente, &c. Como entao fosse moço, *ab ijs qui Lusitanice sciūt plane irridebitur. Neq; solū pręsenti et imperfecto, sed ēt præterito perfecto & plusquā perfecto ijdē modi loquendi respondent. Cum semper fueris auarus, neminē existimas non eodē morbo laborare*, Cōciosia che sempre siete stato auaro, &c. Come quello che sempre siete stato auaro, pēsate che ogn'vno habbi la medesima pecca. *Cū diu fueris ægrotus, nō miror te adhuc imbecillē esse*, Essēdo voi stato molto tēpo amalato, nō mi marauiglio, che vi trouiate fiacco. *Cum antea decem prope annos miles fuissem, facile nauigationis labores ferebam*, Essendo io stato prima soldato, quasi dieci anni, facilmente sopportauo i trauagli del nauigare.

Admonitio Typographi.

Potuissent omnes illæ coniunctiui modi formæ, quæ primis exemplis, Italicæ, sunt adscriptæ, etiam in subsequētibus deinceps exemplis adscribi, nisi tædij vitandi caussa eas tantum adscribere satius visum esset, quæ in singulis exemplis aptissime

ſime quadrare viderentur: ſatis eſt innuiſſe, monendos eſſe tirones omnes illas formas per omnia coniunctiui modi tempora dici poſſe: qua autem in ſermone potiſſimum ſit vtendum, iudicium ſit loquentium; non enim eſt praſentis inſtituti Italica lingua pracepta tradere, ſed tantum rudibus oſtendere varia vulgares forma in quas Latinas proprie conuerti poſſunt: id enim agimus in praſenti.

Coniunctiui modi tempus præſens.

Cum ſim, Conciosia, ch'io ſij, o eſſendo io.
Sis, Tu ſij, o eſſendo tu.
Sit, Quello ſia, o eſſendo quello.

Pluraliter.

Cum ſimus, Cōciosia che noi ſiamo, o eſſendo noi.
Sitis, Voi ſiate, o eſſendo uoi.
Sint, Quelli ſiano, o eſſendo quelli.

Præteritum imperfectum.

Cum eſſem, Conciosia ch'io fuſsi, & ſarei, o eſſendo io.
Eſſes, Tu fuſti, & ſareſti, o eſſendo tu.
Eſſet, Quello fuſſe, & ſarebbe, o eſsēdo quello.

Plurali.

Cum eſſemus, Conciosia che noi fuſsimo, & ſaremo, o eſſendo noi.
Eſſetis, Voi fuſte, & ſareſte, o eſſendo voi.
Eſſent, Quelli fuſſero, & ſarebbero, o eſſendo quelli.

Præteritum perfectum.

Cum fuerim, Conciosia che io ſij ſtato, o eſſendo io ſtato.
Fueris, Tu ſij ſtato, o eſſendo tu ſtato.
Fuerit, Quello ſia ſtato, o eſſendo ſtato quello.

Plu-

Plurali.

Cũ fuerimus, Conciosia che noi siamo stati, o essendo noi stati.

Fueritis, Voi siate stati, o essendo voi stati.

Fuerint, Quelli siano stati, o essendo stati quelli.

Præteritum plusquam perfectũ.

Cum fuissem, Conciosia ch'io fussi stato, & sarei stato, o essend'io stato.

Fuisses, Tu fussi, & saresti stato, o essendo tu stato.

Fuisset, Quello fusse, & sarebbe stato, o essendo stato quello.

Plurali.

Cũ fuissemus, Conciosia che noi fussimo stati, & saremo stati, o essẽdo noi stati.

Fuissetis, Voi fuste, & sareste stati, o essendo voi stati.

Fuissent, Quelli fussero, & sarebbero stati, o essendo stati quelli.

Futurum.

Cum fuero, Quando io sarò, & sarò stato.

Fueris, Tu sarai, & sarai stato.

Fuerit, Quello sarà, & sarà stato.

Plurali.

Cũ fuerimus, Qñ noi saremo, & saremo stati.

Fueritis, Voi sarete, & sarete stati.

Fuerint, Quelli saranno, & saranno stati.

De modo Potẽtiali, & Permissiuo, siue Cõcessiuo.

Modus Coniunctiuus, Potentialis, Permissiuus, siue Concessiuus, quinque habent tempora, atque easdem fere voces, significationes tamen lon-

ge

ge diuersas; vnde apertissime intelligimus, Modorum diuersitatem præcipue ex significationis dissimilitudine proficisci: quod idem in omnibus casibus uidere licet. Nam, quamuis nominatiuus, & vocatiuus multitudinis, datiuus itidem, & ablatiuus voce similes sint; diuersi tamen sunt casus: alia enim nominandi, alia uocandi, alia dandi, alia auferendi est significatio. Quare, vt casus, quamuis uoce simillimi, a Grammaticis tamen, propter significationis dissimilitudinem, distincti sunt; ita hi tres modi mihi necessario videntur separandi. Quid attinet, dixerit quispiam tandiu pueros in verborum declinatione detinere, atque remorari? Non est contemnenda mora, quæ fructus afferrat vberrimos, Quoties in explicandis auctoribus hærebit ludi magister, nisi hos modos discernat, eorumque vim, ac naturam penitus internoscat? Cuinam modo, hæc, atque alia quamplurima loca, adscribet? Terrent. Andr. — bonus hic vir est. S. hic vir sit bonus? Plaut. Amph. Vir ego tuus sim? Crassus in Philippum apud Cicer. 3. de Orat. Ego te Consulem putem, cum me non putes Senatorem? Quin. lib. 1. c. 9. Frangas citius quam corrigas, quæ in prauum indurerunt. Cic. pro Rab. perd. reo, Tu denique, Labiene, quid faceres tali in re ac tempore? Terr. Andr. Diceret quid feci? Salustius in Catil. Sed confecto prælio, tum uero cerneres quanta audacia, quantaque vis animi fuisset in exercitu Catilinæ. Virg. Aen. 9.

Vnus homo, & vestris o ciues vndique septus
Aggeribus, tantas strages impune per vrbem
Ediderit? iuuenum primos tot miserit Orco?

Cic.

Cic. Cornificio lib. 12. Famil. Plura scripsissem, nisi tui festinarent. Suet. in Vesp. cap. 8. Maluissem, aboluisses alium. Virg. Aen. 4.

— faces in castra tulissem.

Implessemq; foros flammis, geniũque, patremq;

Cũ genere extinxẽ, memet super ipsa dedissem.

Cic. in Orat. Pomeridianas quadrigas, quam post meridianas libentius dixerim. Plin. lib. 9. c. 48. Nec facile dixerim, qua id aetate caeperit. Haec sane, Potentiali adscribenda facile iudicabit, qui eius naturam penitus perspectam, cognitamque habuerit: quae vero subijciam, quo pacto, Permissiuo, siue, Concessiuo, esse attribuẽda intelliget, qui eius nomen, ac uim prorsus ignorauerit? Cic. 2. Acad. Haec si vobis non probamus sint falsa sane, inuidiosa sane non sunt. Terren. Adelph.

Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.

Cic. 3. Verr. Malus ciuis, improbus Consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit: fuerit alijs, tibi quando esse caepit? Virg. Aen. 4.

Verum anceps pugna fuerat, fortuna fuisset.

Cic. 2. Acad. Age, restitero Peripateticis, &c. Sustinuero Epicureos, &c. Diodoro quid faciam Stoico, quem a puero audiui? Quae cum ita sint, praeceptores vehemẽter rogamus, vt saltem primas personas (licet primae Permissiui modi parum sint vsitatae) suos auditores memoriae mandare patiantur.

Modi Potentialis tempus praesens.

Sim, Che io sij? che io habbi da essere?

Praeteritum imperfectum.

Essem, Io sarei, & hauerei potuto essere.

Prae-

Præteritum perfectum.

Fuerim, Che io sij stato, ch'io habbi potuto esſere.

Præteritũ plusquã perfectum.

Fuiſſem, Io sarei stato, & haurei potuto eſſere.

Futurum.

Fuerim, Io sarei, & potrei eſſere.

Hæ voces præsentis temporis, Che io sij? Che io habbi da eſſere? cum interrogatione sunt pronuncian dæ. Latina exempla pete ex superiori scholio, & ex commentarijs.

Modi Permiſſiui, siue Conceſſiui tempus præsens.

SIm, Io mi sij, posto ch'io sij, ancor ch'io sij.

Præteritum imperfectum.

Eſſem, Io mi fuſſi, posto ch'io fuſſi, anchora ch'io fuſſi.

Præteritum perfectum.

Fuerim, Io mi sij stato, posto ch'io sij stato, anchora ch'io sij stato.

Præteritum plusquam perfectum.

Fuiſſem, Io mi fuſſi stato, posto ch'io fusſi stato, anchora ch'io fusſi stato.

Futurum.

Fuero, Posto ch'io habbi da eſſere.

Infinitiui modi tempus præsens, Eſſe,

ESſere, & che io sono, sei, è. Siamo, sete, sono.

Præteritum imperfectum, Eſſe,

Eſſere, & che io ero, & fuſſi; tu eri, & fuſſi; quello era, & fuſſe. Noi erauamo, & fuſſimo; uoi erauate, & fuste; quelli erano, & fuſſero.

Præ-

Præteritum perfectum, Fuisse,
Essere stato, & ch'io fui, & sono stato; fusti, & sei stato; fù, & è stato. Essere stati; & che noi fummo, & siamo stati; voi fuste, & siete stati; quelli furono, & sono stati.

Præteritum plusquam perfectum, Fuisse,
Essere stato, & ch'io ero stato, & fussi stato; tu eri, & fussi stato; quello era, & fusse stato. Essere stati, & noi erauamo stati, & fussimo stati; voi erauate, & fusse stati; quelli erano, & fussero stati.

Futurum, Fore, vel futurum, am, um, esse,
Douer'essere, & che io ho, tu hai, quello ha da essere: Et che io sarò, & sarei, sarai, & saresti, sarà, & sarebbe.

Plur. Fore, vel futuros, as, a, esse.
Douer'essere, & che noi hauiamo, uoi hauete, quelli hanno da essere.
Et che noi saremo, & saremmo; voi sarete, & sareste; quelli saranno, & sarebbero.

Futurum præterito mistũ: Futurũ, am, um, fuisse,
Hauer douuto essere: Et che io sarei, saresti, sarebbe stato.

Plur. Futuros, as, a, fuisse,
Hauer douuto esser, & che noi saremmo, saresti, sarebbero stati.

Infinitus modus, quamuis natura sua, personas, & numeros non nisi inuolutas, & implicitas habeat, vt in commentarijs dictum est: libuit tamen in præsenti illas euoluere, atque explicare, vt huius etiam modi variam significationem, & vsum, iam inde

inde a primis rudimentis, pueri cognoscant; &, quod in alijs modis fieri præcipimus, item in infinito, inter declinandum proprias cuiusque temporis locutiones, una cum vulgari interpretatione enuncient; prout infiniti uoces uarijs personis, numeris, & temporibus uulgaris linguæ respondent: ut exempli gratia in Præsenti, Esse, Cupio uos diligentes esse, Desidero che uoi siate diligenti. *in Imperfecto, Cupiebam, uos esse diligentes,* Desideraud che uoi fuste diligenti.

Sed quoniam hic modus & coniunctiuus præter cæteros tironibus in compositione negocium exhibent; quando de coniunctiuo superius egimus, superest, ut de infinito non nihil etiam dicamus. Infinitus apud Latinos vocem unam tantum habet; quæ præsens & præteritum imperfectum adsignificat: uulgaris lingua utriusque temporis unam & eandem habet uocem; ex qua deinde uulgaria gerundia & supina, adhibitis certis particulis, supplentur: ut, Volo ad illum scribere, Voglio scriuergli, *præsens est. Volebam heri ad te scribere,* Hieri uoleuo scriuerui, *præteritum imperfectum est. Eadem vulgaris infiniti uox, ut diximus, gerundiorum & supinorum Latinorum loco adhibetur. Non est tempus scribendi,* Non è tempo di scriuere. *Vocor ad scribendum,* Io sono chiamato a scriuere. *Sum defessus scribendo,* Io sono stracco di scriuere. *Eo scriptum,* Io uo a scriuere. *Est res difficilis scriptu,* Ell'è cosa difficile da scriuere.

Præteritum perfectum & plusquam perfectum in vulgari idiomate ex coniunctiuo persæpe supplentur,

tur, addita particula, Che. *Existimo patrem tuum fuisse virum doctum*, Credo che il tuo padre sia stato huomo dotto. *Existimabam patrem tuum fuisse virum doctum*, Credeuo che uostro padre fosse stato huomo dotto. *Interdum supplentur hæc duo tempora ex indicatiuo, accedente eadem par ticula: Audio venisse Regem*, Intendo che è uenuto il Re. *Audiui Regem abiisse*, Ho udito dire che il Re, se n'è ito. *Cum verba optandi, desinendi, & verbis doleo, gaudeo, constituo, spero, & similibus, tam præsens quam præterita infiniti cum particula, Di, vernacula lingua efferuntur. Cupio ad te scribere*, Desidero di scriuerui. *Doleo me non scripsisse ad patrem tuum*, Mi duole di non hauer scritto al tuo padre. *Alioquin cum verbis, possum, debeo, volo, malo, nolo, aliisque similibus, nulla alia adhibita particula solis infiniti vocibus contenta sunt. Non possum loqui*, Non posso parlare. *Volo audire*, Voglio ascoltare.

Negandi,vt Non,nequaquā,minime,haud,haud quaquam.

Dubitandi,vt Forſan,forſitan,fortaſſis,fortaſſe.

Hortandi,vt Eia,age,agedum,agite.

Prohibendi,vt Ne.

Demoſtrandi, vt En, Ecce.
Eligendi, vt Potius, immo.
Comparandi, vt Magis, minus, fortius.
Congregandi, vt Simul, vna, pariter.
Separandi, vt Seorſum, ſeparatim.
Intendendi, vt Acriter, ſtudioſe, vehementer.
Remittendi, vt Segniter, remiſſe, oſcitanter.
Temporis, vt Hodie, cras, perendie, heri, nudius tertius.
Loci, vt hic, huc, hac, horſum.
Numeri, vt Semel, bis, ter, ſæpe, centies, millies.
Ordinis, vt Primum, deinde, poſtremo.
Euentus, vt Forte, fortuito.
Similitudinis, vt Sicut, ſicuti, vt, vti.
Diuerſitatis, vt Aliter, ſecus.
Qualitatis, vt Prudenter, perite, eleganter.
Quantitatis, vt Parum, multum, ſatis, nimium.

De Interiectione.

INteriectio eſt pars Orationis, quæ varios animi affectus indicat.

Interiectionum variæ ſunt formæ & ſignificationes.

Laudantis, & aliquando exſultantis, vt Euge.
Exſultantis, & interdum inſultantis, vt Vah.
Lætantis, vt Euax.
Dolentis, & ingemiſcentis, vt Ah, heu, hei.
Suſpirantis, vt Ah ah.
Lugentis, vt Hoi, hei.
Eiulantis, vt Oh oh oh oh.
Admirantis, vt Papæ, o, uah.
Admirantis, & interdum ironiæ, vt Hui.

Irridentis, vt O, O præclarum cuſtodem ouium, vt aiunt, lupum.

Exclamantis, vt Pro, o.

Silentium indicentis, vt St.

Timentis, vt Hei.

Deprehendentis aliquid ex improuiſo, vt At at,

Præſagientis malum, vel miſerantis, vel minantis, vt Væ.

Reijcientis cum faſtidio, vt Apage, apageſis.

Stomachantis, ſiue indignantis, vt malum.

Execrantis, vt Nefas, infandum.

De Coniunctione.

Coniunctio eſt pars Orationis, annectens, ordinanſque ſententiam.

Coniunctionum ſpecies, ſiue ſignificationes variæ ſunt.

Copulatiuæ, vt Ac, atque, &, quæ, &c.

Diſiunctiuæ, vt Vel, ue, ſiue, ſeu, aut, ne.

Aduerſatiuæ, vt Etſi, tametſi, quãquã, quãuis, &c.

Collectiuæ, ſiue illatiuæ, ſiue rationales, vt Ergo, igitur, quare, quocirca, quapropter, itaq;, &c.

Cauſſales, vt Nam, namque, ſiquidem, quia, quoniã, enim, etenim, quod, propterea quod, &c.

Expletiuæ, vt Quidem, equidem, &c.

Coniunctiones partim ſunt præpoſitiuæ, partim ſubiunctiuæ, partim mediæ.

Præpoſitiuæ, ſiue principes ſunt, quæ in oratione præunt, ut Aut, ac, atque, at, aſt, vel, nec, neque, niſi, ſeu, ſiue, &c.

Subiunctiuæ, ſiue ſubditæ, quæ ſubeunt, vt Que, ue, ne, quidem, quoque, autem, vero, enim.

Communes,siue mediæ,quæ & præeunt, & subeunt,vt Ergo,igitur,itaque,equidem, &c.

DE ACCIDENTIBVS, SIVE *Attributis partium Orationis.*

SVnt quædã, quæ partes Orationis comitãtur, vt Numerus, Casus, Genus, Declinatio, Modus,Tempus,Persona,Figura,Species,quæ accidentia siue Attributa Partium Orationis vocantur.

Numeri nominum,pronominum, verborum, & participiorum sunt duo, singularis, ut Musa, Ego,Amo,Amans,Pl. vt Musę,Nos,Amamus, Amantes.

Casus nominum,participiorum, & nõnullorum pronominũ sũt sex, Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus,Accusatiuus,Vocatiuus,Ablatiuus.

Nomen,Pronomen,Participium tria habẽt genera præcipua,Masculinũ siue Virile, cui præponitur,pronomẽ Hic,vt Hic dominus,meus,doctus: Fęmininum siue Muliebre,cui præponitur pronomẽ Hęc, vt Hęc ancilla, mea,docta: Neutrum, cui præponitur pronomen Hoc, vt Hoc mancipium, meum, doctum.

Ex his tribus generibus nascũtur duo alia, Commune duorum, & Commune trium: Commune duorum est, cui pręponuntur pronomina Hic & Hæc,vt Hic & hæc parens: Commune trium,siue Omne, cui præponuntur pronomina Hic Hęc Hoc, vt Hic & hæc & hoc prudens, nostras, amans.

Decli-

Declinationes, siue formæ nominis sunt quinque.

PRima, cuius genitiuus terminatur, æ, diphthongo, vt Musa, musæ.
Secunda, cuius genitiuus terminatur littera, I, ut Dominus, domini.
Tertia, cuius genitiuus terminatur syllaba, Is, vt Sermo, sermonis.
Quarta, cuius genitiuus terminatur syllaba, Vs, vt Sensus, sensus.
Quinta, cuius genitiuus terminatur litteris, E, & I, separatis, vt Dies, Diei.

PRonomina Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, ad primam, & secundam nominum declinationem spectant: Nostras, Vestras ad tertiam: cetera peculiares habent formas.
Participia quæ in Ans, & Ens, exeunt, ad tertiam declinationē pertinent, vt Amans, docens, &c. Reliqua ad primam, & secundam, vt Amaturus, a, um, amandus, amanda, amandum, &c.

Declinationes siue Coniugationes verborum sunt quatuor.

PRima, cuius secunda persona præsentis Indicatiui exit in AS, vt Amo, amas, amare.
Secunda in ES, longum, ut Doceo, doces, docere.
Tertia in IS, breue, & infinitum in ERE, ut Lego, legis, legere.
Quarta in IS, longum, & infinitum in IRE, vt Audio, audis, audire.

Modi

MOdi verborum triti, ac cõmunes sunt quinque: Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Coniunctius, Infinitus.

TEmpora verborum sunt quinque: Præsens, siue Instans, Præteritum imperfectum, Præteritum perfectum, Præteritum plusquam perfectum, Futurum.

PErsonæ pronominum sunt tres: prima, Ego: secunda, Tu: Reliqua pronomina tertiæ sunt personę, præter Ipse, ipsa, ipsum, quod cuiusuis est personę: item prouocabulum Qui, quę, quod.

PErsonæ verborum sunt tres: prima, ut Amo: secunda, ut Amas: tertia, vt Amat.

NOmina & participia, exceptis vocatiuis, incertæ sunt personæ, sicut & verba infinita: eam enim induunt personam, cuius est verbum, cui adhærent, vt Ego M. Tullius defendi Rempublicam adolescens, non deseram senex: Cupio te audire.

VOcandi casus, quoniã secundis personis tantum adhærent, solum sunt secũdæ personę.

FIguræ Nominum, Pronominum, Verborum, Participiorũ, Præpositionum, Aduerbiorum, Coniunctionum, duæ sunt. § Enim. Sĩplex, vt Prudẽs, Is, Amo, Amãs, Abs, Prudenter, Composita, vt Imprudens, Idem, Adamo, Adamans, Absque, Imprudenter, Etenim.

SPeties Nominum, Pronominum, Verborum, Aduerbiorum sunt duæ: Primitiua, vt Pater, Tu, Caleo clam: Deriuatiua, vt Paternus, Tuus, a, um, Calesco, Clanculum.

PRÆ-

PRAECEPTA ALIQVOT DE CONSTRVCTIONE tyronibus edifcenda.

PRÆCEPTVM PRIMVM.

SVbſtantiuum nomen concordat cum adiectiuo in genere, numero, & caſu, vt Puer ingenioſus, Memoria infirma, Ingenium tardum.

II.

RElatiuum Qui,quæ,quod,cohæret cum antecedente in genere, & numero, ut Non eſt dicendus puer ingenuus, qui verecundiam non amat. Accepi tuas litteras, quæ mihi iucundiſsimæ fuerunt. Legi tuum epigramma, quod mihi mirandum in modum placuit.

III.

VErbum perſonale finiti modi poſtulat ante ſe nominatiuum eiuſdem numeri,& perſonæ,vt Ego lugeo:Tu rides:Prçceptor docet:Nos legimus: Vos ſcribitis: Aleatores vapulant.

IIII.

VErbum infiniti modi ante ſe accuſatiuum habet, vt Gaudeo te bene ualere: Doleo parentes tuos ęgrotare : Lætor fratrē tuum ſaluum & incolumem ueniſſe.

V.

VErbum ſubſtantiuū,nō ſolum ante, ſed etiā poſt ſe nominatiuum petit, ut Parſimonia

eſt

est magnum vectigal: Auus tuus fuit vir doctus: Verecundia est maximum ornamentũ pueritiæ.

VI.

OMne verbum personale finiti modi potest vtrinq; habere, nominatiuum pertinentem ad eamdem rem, vt Hic vocatur Paullus: Ille viuit miserrimus: Boni moriuntur læti.

VII.

QVotiescunque duo nomina substantiua ad res diuersas pertinentia in Oratione ponuntur sine coniunctione, alterum erit genitiui casus, vt Libertus Pompeij: Epistola Ciceronis: Carmen Virgilij.

VIII.

VErbum actiuum post se accusandi casum postulat, vt Pueri ingenui amant litteras: Frater tuus legit Ciceronem diligenter.

IX.

VErbum passiuum post se ablatiuum desiderat cum præpositione, a, vel ab, vt Litteræ amantur a pueris ingenuis: Cicero legitur a fratre tuo diligenter.

X.

QVoduis verbum admittit præpositionem cum suo casu, vt Fui in templo: Eo in gymnasium: Sedeo in scamno.

XI.

OMne verbũ, & multa nomina datiuũ habere possunt eius rei, cui dãnum aliquod, vel cõmodũ datur, vt Laboras alijs, mihi soli es ociosus: Catilina fuit perniciosus Reipublicæ: Senes

non

non ſibi, ſed filijs aut nepotibus arbores ſerunt.

XII.

Temporis continuatio in accuſatiuo, vel ablatiuo ponitur, frequentius tamen in accuſatiuo, vt Pater tuus vixit quinquaginta annos, vel quinquaginta annis: Dedi operam Diomedi tres annos, vel tribus annis: Scripſi duas horas, vel duabus horis.

XIII.

Cuicumque verbo poteſt addi ablatiuus ſignificans PRETIVM, vt Emi librum decem denarijs: Vendidiſti atramentarium tribus ſeſtertijs: Vel INSTRVMENTVM, vt Scribo calamo: Percutior ferula: vel CAVSSAM, vt Seruus tuus interijt fame: Tabeſco dolore.

XIIII.

Gerundia, Supina, & Participia poſtulãt poſt ſe caſus verborum, a quibus oriuntur, vt Scribo litteras: Tempus eſt ſcribendi litteras: Eo ſcriptum litteras: Sum ſcripturus litteras.

DE GENERIBVS NOMINVM, QVÆ EX SIGNIFICATIONE COGNOSCVNTVR.

Quæ maribus ſolum tribuuntur, maſcula ſunto. — Vt Cato, vir, leo.

Maſcula cenſentur ſpetie depicta virili. — Vt Mars, Boreas.

Et quibus appoſitum tantum tribuiſſe virile,

Credi-

Credibile est veteres, latro ceu præsul, & hospes.

† Vt mulier, equa. Vt Pallas Syrinx. Vt operæ, custodiæ. † Vt animal.

†Fœmineum dices, quod fœmina sola reposcit.
Iungito fœmineis muliebri prædita forma.
Quæque adiectiuum, tantũ muliebre requirũt.
†Quæ neutro apposito gaudent, neutralia sunto.
Est commune duum, sexũ quod claudit vtrumq;
Articulo gemino, veluti bos, fortis, & hostis.
Antistes, iuuenis, uates, patruelis, & infans.
Affinis, miles, cum ciue, cliente, sacerdos,
Et comes, atque canis, sus, dux, auctorq; parẽsq;,
Municipi coniux, adolescens, augur adhærent.

Catul. Carm. Nupt. Cernitis inuptæ iuuenes? &c.
Quinct. lib. 6. de Peroratione, Tũ ille alioqui vix facundus inopinatæ rei causa obmutuit, & infantem suam frigidissime reportauit.
Persius, Saty. 6. — age, si mihi nulla
Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla proneptis
Nulla manet patrui.

† Vt prudẽs felix. † Vt Octo ber Tagus. † Vt Cyprus, Carthago, Ægypt⁹, Pristis, Æneis †Vt pinus, cupressus. Vt Bactra Susa. †Vt puteoli, liberi.

†Est Commune triũ, generi quod cõuenit omni.
† Pro maribus pugnãt menses, fluuijq; minaces,
†Insula fœminea, Vrbs, Regio, cũ Nauæ, Poësis.
†Fœminea est arbor. Folijs oleaster amaris
Mas est. Hoc acer, atque siler, cum subere, robur.
Vm neutris iunges: Hominum si propria demas,
A, plurale, genus neutrum sibi poscit vbique.
†Nomen in I, maribus, si sit plurale, reserua.
Trade notas neutri: & vocẽ pro nomine sumptã:
Et verbum quoduis nudá pro voce repostum.

De generibus nominum, quæ ex positione cognoscuntur.

FOemineũ A, primę est: veluti pãthera, sagitta.

Adria

Adria mas esto: cui iunge cometa, planeta.
Hic mãmona petit: Pascha hoc: cui iũgito mãna.
Nomẽ ĩ A, ternę neutrũ est: ceu stigma, toreuma.
E, Latiale, petit neutrum: velut acre, monile.
Fœmineũ est aloe, Rhodopeq;, & cetera Græca.
I, neutris tribue. O, maribus finita dabuntur.
Est, Io, fœmineum, fuerit si corporis expers:
Cui caro iungatur, cœnatio, portio: quodque
Desinit in Do, Go: Neutris adscribito pondo.
Harpago, cudo, ordo mas, udo, cardo, ligoque.
V, C, D, da neutris: velut Id, cum lacte, geluque.
L, T, sit neutrum. Hic mugil, sal, solque reposcũt.
An, In, On, mas. Hæc sindon, & suauis aedon;
Queis adde alcyonẽ. Neutris da cuncta secundæ.
†En, dabit neutris. Sed hymẽ, ren mascula sunto.
Et splen, atque lien, atagen, cum pectine, lichen.
Postulat, Ar, neutrũ: ceu par, cũ nectare, bacchar.
Er, maribus dona. Lauer hoc, cum tubere, poscit,
Vber, iter, spinter, laser, cicer, atque papauer,
Ver, siser, atque piper, cũ verbere necte cadauer.
Or, maribus seruit. Muliebris demitur arbor.
Accedũt neutris, cor, ador, cũq; ęquore, marmor.
Exigit, Vr, neutrũ. Hic furfur, cũ vulture, turtur.
Fęmineũ, as. Neutrum vas vasis, fasque, nefasque.
Mascula sunt elephas, adamas, as, atque tiaras,
Cũ reliquis cunctis, flectit quæ prima Pelasgum.
†Esto nomen in Es, muliebre: Sed esto virile
Limes, pes, fomes, termes, cum palmite, trames,
Et gurges, merges, poples, cum cespite, vepres,
Et paries, stipesque, meri nomenque diei.

Vt sinapi.
Vt pugio.
Vt lectio, oratio.
Vt dulcedo, imago.
Vt tribunal, caput.
Vt pæan, delphin, agon.
Vt Ilion, Pelion.
† Vt carmẽ, lumẽ.
Vt imber vter.
Vt dolor, honor.
Vt fulgur sulphur.
Vt tempestas, lampas.
Vt pharias, mamonas.
† Vt compes, moles.

Acinaces,

Acinaces,is; masculini generis, huc spectat: quãuis apud Græcos primæ sit declinationis, ὁ ἀκινάκης,ου. Sunt & alia huius generis: vt Orestes,is, Pylades,is. Neque video cur acinacis per, I, litteram sit scribendum, cum Græce per, η, scribatur, quod in, e, longum solet mutari. In sexto tamen casu, E, corripitur, quia apud Latinos tertiæ est declinationis. Valer. Flacc. lib. 6. Insignis manicis, insignis acinace dextro.

Vt aromatices, lebes.

His Græcũ primę, vel ternæ iungito nomẽ. §rẽt.
Hippomanes neutris, panaces, cacoethes adhæ-
Plin. lib. 5. cap. 4. Panaces ipso nomine omnium malorum remedia promittit, numerosum, & dijs inuentoribus adscriptum: Solœcophanes his tribus addi potest.

Vt nauis, clauis.

Is, dato fœmineis: Maribus da, piscis, aqualis,
Anguis, tum fustis, tum callis, follis, & ensis,
Mensis, cum vecti, torris, glis, postis, & orbis,
Et sanguis, cenchris, collis, cum vomere, cassis.
Mugilis, atque lapis, vermis, cum fasce, canalis,
Vnguis, tum cucumis, tum caulis, puluis, & axis:

† Vt vigessis, centussis.

Nis, quoque finitum, ceu panis, & † asse creata.
Mascula in Os, sũto. Dos, cos, muliebris, & arbos.

Vt ros, flos.

Da chaos, atq; melos neutris, os, Argos, eposque.
Nomen in Vs, mas est, seu quartæ, siue secundæ.

Vt sensus, rogus.

Porticus, atq; tribus muliebris, acusq; manusq;,
Aluus, humus, vãnus, colus, Idus, carbasus addes,
Et domus, & ficus pomũ: mas morbus habetur.
Plurima in Os, Græca Ausonij fecere Latina:
Quę marib⁹ partim, vt ꝓlog⁹, paradis⁹, adhęrẽt.
Partim fœmineis, veluti, diphthongus, eremus.
In neutris numera, virus, pelagusq; profundum,

Postu-

Postulat Vs, neutrum quoties id tertia flectit.
Hic lepus, & mus. Pus Græcũ, cõpostaq; iunges.
Sit tibi fœmineum Lagopus, herba, volucris.
Lagopus nomen herbæ, siue auis fœmineum est, quam ... nis ex πȣ̃ς, componantur.
Mart. lib. 7. Si meus aurita gaudet Lagopode Flaccus.
Plin. lib. 10. cap. 48. de Lagopode aue: Non extra terram eam vesci facile, quando nec viua mansuescit, & corpus occisæ statim marcescit.
Idem lib. 26. cap. 8. de Lagopode herba: Lagopus sistit aluum e vino pota.
Est muliebre palus, subscus, pulcherrima virtus.
Atq; salus, pecudisq; pecus, quibus addit incus.
Quæq; sibi seruus, iuuenisq;, senexque iugarunt.
Æs, tibi sit neutrum, Laus, fraus muliebria sunto.
S, dato fœmineis, si consona ponitur ante.
Esto virile rudēs, fons, pons, sepsq; addito partes:
Mons, dēs, atq; chalybs, assis, q̃bus addito partes:
Et polysyllaba, ps, Forceps dematur adunca.
†X, dato fœmineis: Sed Eryx, grex mascula sũto
Et spadix, bombyx vermis, cum fornice, phœnix
Atque calix, coccyx, & oryx, varixque, calyxque,
Præterea voluox, quincũx, septunxque, deunxq;.
Sexcunx legitur 32. Pandect.
Sexcuncia tamen, pro eodem, vsitatius videtur.
Ax, Ex, finitum polysyllabon, esto virile.
Fœmineum thomex, alex, cum smilace, fornax,
Et forfex, vibex, carex, adiunge suppellex.
Atriplex, neutrum est, Plin. lib. 20. cap. 20.
Mobile fit fixum, si fixum mente subaudis,

Vt pecus, pecoris. vt chytropus, tripus.

Seruitus, iuuentus, senectus.

Vt mens, fors.

Vt quadrās, triēs.

Hydrops, merops.

† Vt sãdix celox.

Vt thorax pollex.

Vnde genus capit, vt sonipes, Oriẽsq;, Tonansq;.
Mobile fit neutrum, ni fixum mente subaudis.
Respicimus fines, non significata frequenter:
Zeugma, Reate ideo petit, hoc, cũ Tibure, Cęre,
Hoc Pręneste, Hispal, Sulmo hic, vberrim⁹ vndis.
Martius hic Narbo braccatæ gloria gentis.
Hæc damnata diu Romanis Allia fastis.

Hippo, fœminei est generis. Plin. lib. 6. cap. 34. Vtraq; Hippo. Silius lib. 3. virili genere vsus est:
Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo.
Martial. lib. 8. epig. 71. dixit muliebri genere Narbo.
Quem pulcherrima iam redire Narbo,
Docti patria Narbo Votieni,
Ad leges iubet, annuosq; fasces.

Respicit interdum nomen generale poeta:
Vnde sibi merito genus inferiora capessunt:
Sic volucrem sequitur bubo, sic flumen Iader.

De nominibus incerti generis.

HÆc modo fœmineis, maribus modo iuncta videbis.
Grossus, adeps, atom⁹, limax, cũ torque, phaselus,
Scrobs, serpens, finis, cum corbe, diesq;, rubusq;.
Postulat hic, aut hoc merito Nar, vulg⁹, & Anxur.

Nomina masculina apud Oratores, quibus poetæ interdum etiam genere muliebri vtuntur.

MAscula, bubo, specus, cortex, cum pumice, puluis.
Et calx, pars, pedis, atq; silex, cũ margo, palũbes,
Proferet hæc caute iuuenis muliebria vates.

Nomina fere fœminina apud Oratores, & interim masculina præcipue apud Poetas.

EST muliebre aĩans, volucris, cũ ſtirpe cupido.
Sardonychẽ comitatˀ onyx, grˀ, clunis, & ales,
Cum talpa, linter, cum dama, linxque, penuſque:
Hæc maribus tribues, cinget cũ tempora laurus.
Hũc iubarẽ, hũc frõtẽ, hũc pinũ, nimiũq; vetuſta,
Pacuuij proauis, atauiſque vtenda relinque.

De genere Epicœno.

ARticulo ſexum quæ cõplectũtur vtrũque,
Vno, Epicœna vocãt Graij Promiſcua noſtri.

Vt hic lepus, hæc vulpes.

DE NOMINVM Declinatione.

NOmina cõpoſita fere inſtar ſimpliciũ declinantur. In cõpoſitis rectus tantũ caſus declinatur, vt Tribunus plebis, Tribuni plebis, Tribuno plebis, Tribunũ plebis, &c. Huc ſpectant Senatus conſultum, Iuriſperitus, Paterfamilias, atque alia eiuſdem generis.

Si nomẽ ex duobus rectis copuletur, vterque declinabitur, ut Reſpublica, Iuſiurandum, reipublicæ, rempublicam, &c.

Excipitur alteruter, cuius poſterior tãtũ pars declinatˀ, excepto genitiuo ſingulari, qui utroq; modo declinatˀ, alterutrius, & alterius utrius.

Nomina neutra tres caſus habent ſimiles, nominandi, accuſandi, & uocandi: qui numero multitudinis, A, littera terminantur, preter Ambo, & duo.

Vocatiuus singularis quartæ & quintæ declinationis, similis est nominatiuo: sensus, o sensus: dies, o dies.

Nominatiuus, & vocatiuus multitudinis similes sunt: Musæ, o Musæ: virtutes, o virtutes.

Datiuus & ablatiuus numeri pluralis similes sūt: musis, a musis: virtutibus, a virtutibus.

Prima Declinatio.

PRimæ declinationis nomina in A, As, Es, exeunt. Quæ, A, littera terminantur, tum Græca, tum Latina sunt, vt Maia, Ægina, victoria, familia.

Quæ in As, & Es, syllabas exeunt, Græca tm̄ sunt, vt Æneas, Anchises: & declinantur hoc modo.

Nominatiuo Æneas, genitiuo Æneæ, datiuo Æneę, accusatiuo Ænean, vocatiuo o Ænea, ablatiuo ab Ænea.

Nominatiuo Anchises, genitiuo Anchisæ, datiuo Anchisæ, accusatiuo Anchisen, vocatiuo o Anchisæ, ablatiuo ab Anchise.

Numero multitudinis omnino cum Latinis nominibus primi ordinis consentiunt.

Priscis tēporibus genitiuus singularis Latinus ēt in As, syllabā terminabatur: vnde ēt nūc dicit̄ Pater familias, mater familias, filius familias.

Aulai, pictai & his similes interrogandi casus interdum apud poetas leguntur, pro aulę, pictę.

Virg. lib. 9. Diues equū, diues pictai vestis, & auri.

A Maia, Ægina, & alijs huiusmodi Græcis nominibus fœmininis accusatiuus per AN, syllabā aliquādo apud poetas exit, vt Maian, Æginan.

Voca-

Vocatiuus similis est nominatiuo: o Musa, o Maia.

Græca, s, litteram deponunt: o Ænea, o Anchise.

Datiuus multitudinis, IS, syllaba finitur, præter Duabus, ambabus, & deabus, & nonnulla alia eiusdem exitus, quæ etiam a viris doctis, sexus discernendi gratia, vsurpantur.

Nomina, E, littera finita, secundæ declinationis Græcorum, sic declinantur.

NOminatiuo Musice, genitiuo musices, datiuo musice, accusatiuo musicen, vocatiuo o musice, ablatiuo a musice. Numero plurali Latinam declinationem sequuntur.

Ad hunc modum declinantur Mastiche, Grammatice, Rhetorice, Dialectice, Arithmetice, Libye: quorum vltima vocalis, si in a, litteram mutetur, Latine declinantur, vt Grammatica, grammaticæ, &c.

Secunda Declinatio.

LAtina nomina secundę declinationis in syllabas ER, IR, VR, VS, VM, exeunt, ut Faber, vir, satur, populus, præmium.

Græca in OS, ON, EVS, vt Delos, Androgeos, Pelion, Tydeus.

Genitiuus fere ęqualis est nominatiuo, syllabarū numero, vt Populus, populi, pręter, Iber, Iberi: Celtiber, Celtiberi: armiger, armigeri: signifer, signiferi: Liber, Liberi: Treuir, Treuiri: Satur, Saturi: & nonnulla alia.

Poetæ aliquando alterum, i, omittunt.

Virgil. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. Eclog. 1.

Androgeos,non solum Androgei, sed etiam Androgeo, more Attico, facit genitiuo.
Aen.6. Idem, In foribus lethum Androgeo —
Accusatiuus a Græcis in Os, s, litteram mutat in n,vt Delos, Delon: Menelaos, Menelaon: Athos,Athon,vel Atho,more Attico.
Vocatiuus similis est nominatiuo: o vir, o Deus.

Exceptio I.

Cetera nomina, Vs,syllaba finita, mutant Vs, in e: populus,o popule: fluuius,o fluuie: tabellarius,o tabellarie: Præter Filius,& nomina propria in IVS, quæ Vs, syllabam deponunt: o fili, o Antoni, o Pompei.
Cicero ad Octauium. Quantum te popule Romane de me fefellit opinio.

Exceptio II.

Græca quæ in Eus, & ους, hoc est,us,diphthongũ exeunt,deponunt,s, vocatiui: Tydeus, o Tydeu: Panthus, o Panthu.

Appendix I.

GRæca, Eus syllaba finita etiam genitiuo faciunt,Eos,& accusatiuo, Ea,maxime apud poetas: sed tunc ad tertiam declinationem spectant,vt Tydeus,Tydeos,Tydea: Tereus,Tereos, Terea.

Appendix II.

VOcatiuus Græcorum nominum quæ os, in us, mutant,etiam in e, litteram exit,vt Timotheus,Pamphilus,o Timothee,Pamphile: Antæus, Thymbræus, Ptolæmeus, o Anteæ, Tymbræe, Ptolemæe.

Ap-

Appendix III.

LAtini interdum, vel euphoniæ causa, vel Atticos imitantes, vocatiuum faciunt similem nominatiuo: o populus, o fluuius, o meus.

Liuius 1. ab Vrb. Audi tu populus Albanus.

Virg. Proijce tela manu sanguis meus. Aen.6.

Idē, Corniger Hesperidū fluui⁹ regnator aquarū Aen.8.

Adsis, o tandem.

Nominatiuus multitudinis, I, littera terminatur, ut Captiui dei, uel dij.

Priscis temporibus ei, diphthōgo terminabatur, ut Captiuei.

Datiuus pluralis, Is, syllaba finitur, ut Captiuis deis, vel dijs.

Tertia Declinatio.

ETsi tertiæ declinationis quamplurimæ sunt positiones, genitiuus tamen in Is, syllabam exit, qui nominatiuo modo est æqualis numero syllabarum, vt nauis, nauis: modo una syllaba longior, vt Turbo, turbinis, vnedo, vnedonis: modo duabus, ut Iter, itineris, biceps, bicipitis, supellex, supellectilis.

O,

Macedo, Macedonis: Anio, Anienis: Nerio, Nerienis.

N,

Babylon, Babylonis: Palæmon, Palæmonis: Xenophon, Xenophontis.

R,

Lar, Laris: hepar, heparis: acer, aceris: Mulciber, Mulciberis: iecur, iecoris, vel iecinoris.

AS,

Calchas, Calchantis : hic Pallas, Pallantis : hæc Pallas, Palladis.

ES,

Chremes, Chremetis, vel Chremis : Laches, Lachetis, vel Lachis.

IS,

Simois, Simoentis : Pyrois, Pyroentis: Charybdis, Charybdis : Paris, Paridis.

OS,

Rhinoceros, Rhinocerotis: Tros, Trois: Minos, Minois : Heros, Herois.

VS,

elampus, Melampodis: Opus, Opuntis: Amathus, Amathuntis.

YS,

Capys, Capyis: cotys, cotyis: chlamys, chlamydis.

NS,

Lens, lendis : lens, lentis : frons, frondis : frons, frontis : Aruns, Aruntis.

PS,

Auceps, aucupis : anceps, ancipitis : ſtirps, ſtirpis.

RS,

Lars, Lartis, rex Veientium : concors, concordis.

X,

Aſtyanax, Aſtyanactis: arx, arcis : merx, mercis: veruex, veruecis: Lynx, lyncis.

Genitiuus Græcus in O S.

GRæco genitiuo, Os, ſyllaba finito, interdum vtuntur Latini, vt Metamorphoſis, Metamorphoſeos: Decapolis, Decapoleos: Tanis, taneos :

neos: Tethis, Tethyos: Erymãthis, Erymãthidos.

Græcus Genitiuus in VS.

MAnto, Callisto, Alecto, Calypso, & cetera id genus, Græca fere, Vs, faciunt genitiuo, vt Mantûs, Calypsus.

Accusatiuus.

ACcusatiuus exit in em, ut Sermonem.

Exceptio I.

Buris, cucumis, peluis, rauis, securis, sitis, tussis, uis, in Im, exeunt.

Exceptio II.

Febris, clauis, nauis, puppis, restis, turris, in Em, vel in Im, terminantur.

Accusatiuus Græcus.

GRæcus accusatiuus in A, exit, ut Hectora, Calchanta, aera, æthera.

Exceptio I.

Græca, O, littera finita habent accusatiuum simi lem nominatiuo, vt Manto, Calypso, Alecto.

Exceptio II.

Græca, Is, syllaba finita, q̃ apud Latinos genitiuũ habent similem ntõ, hoc est, quorũ genitiuus, apud Græcos in Os, exit, nulla præcedente cõsonãte, accusatiuo faciũt In, Græce, vel Im, Latine, vt Charybdis, Charybdin, vl' Charybdim

Ys, finita, freq̃uẽtius in yn, quam in ym, exeunt, vt Tethys, Tethyn: Cotys, Cotyn: Halys, Halyn, vel Halym.

Quæ vero genitiuo crescũt, neq; accẽtũ habẽt in vltima, in In, vel Im, vl' Em exeũt, vt Paris, Paridis, Parin, vl' Parim, vel Paridẽ: Iris, Iridis, Itin,

vel

vel Irim, vel Iridē: Isis, Isidis, Isin, vel Isim, vel Isidem: quæ etiam in a, apud Gręcos, exeunt, vt Parida, &c.

Vocatiuus.

VOcatiuus similis est nominatiuo, o sermo, hæc Pallas, o Pallas, o Socrates, o Chremes, o Achiles, o Heros, o chlamys: o Socrate, Chreme, Achile, Vlysse, etiam in vsu sunt.

Exceptio.

Græca quæ in Is, Ys, exeunt, neque habent accentũ in vltima apud Græcos, deponunt, s, nominatiui: o Mœri, Iri, Pari, Tethy: Et apud poetas fœminina in Is, quorum genitiuus exit in Dis, quamuis accentum habeant in vltima: o Amarylli, Tyndari, Oebali.

Item propria in As, quorum genitiuus exit in Antis, apud eosdem poetas deponunt, s: o Palla, o Calcha.

Præterea, quæ ante, s, habent diphthongum, fere, s, litteram abijciunt, vt Tydeus, Melampus, o Tydeu, Melampu.

Quæ omnia apud Atticos vocatiuum habent similem nominatiuo: o Paris, & cetera, quos interdum imitantur Latini.

Ablatiuus.

ABlatiuus exit in E: a teste, duce, hospite, paupere, pubere, sospite.

Exceptio I.

Nomina, quorum accusatiuus exit in In, vel Im: neutra in Al, Ar, E, Nomina mensium, Adiectiuum, cuius neutrũ, E, littera terminatur, I, po-

stulant,

stulant, vt Charybdi, siti, animali, calcari, monili, Septembri, breui.
Quibus accedunt pluri, strigili, canali, memori.
Far, nectar, hepar, iubar, E, contenta sunt: itē gausape, Soracte, Pręneste, Reate, & cetera locorū propria, huius positionis, si tamē huc spectāt, sunt enim pleraque declinationis expertia.

Exceptio II.

I, vel E, petunt cetera adiectiua, & substantiua, quorum accusatiuus in Em, vel Im, definit, vt a felice, vel felici, ingente, vel ingenti, naue, vel naui.
Quib. addes amnis, ignis, imber, supellex, vectis.

Appendix I.

Substantiua Is, syllaba finita, quæ ex adiectiuis facta sunt, fere in, I, exeunt, vt familiaris, annalis, bipēnis, triremis, affinis: a familiari, annali.
Volucris tamen, & rudis, volucre, rude faciunt.
Sin vero propria sint, E, tantum postulāt, vt Martialis, Iuuenalis: a Martiale, Iuuenale.
Hęc imitantur & alia, vt Felix, Clemens, Melior.

Appendix II.

Pleraque adiectiua, quæ in litteras, NS, exeūt fere, E, contenta sunt, ut prudens, imprudens: a prudente, imprudente.
Participia in, E, exeunt, vt Absente, præsente, audiente.
Cic. in Verrē, Illa deos, hominesque implorante, iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit. Lib. 3.
Plin. Bętica a flumine eam mediā secante cognominata cunctas prouinciarum diuiti cultu, & Lib. 3. c. 1.

quo.

quodā quaſi fertili ac peculiari nitore ꝑcedit.
Interdum etiam in I, ſed tunc fere in nomina transeunt.
Comparatiua nomina multo vſitatius in E, litteram, quam in I, exeunt, ut Superiore, faciliore, vberiore.

Caſus Multitudinis.

NOminatiuus pluralis exit in Es, vt Sermones, Delphines, Troes.

Genitiuus pluralis.

GEnitiuus multitudinis in Vm, ſyllabā exit, vt Iuuenum, canum, vatum, maiorum, minorum, eodem modo cetera comparatiua.

Exceptio.

In Ium, exeunt quæcumque litteris, NS, finiuntur, vt Serpentium, præſentium.
Item, s, littera, terminata, quæ genitiuo non creſcunt, vt Collis, collium: clades, cladium: & quorum ablatiuus in I, aut E, vel I, exit: Diœceſium, Syrtium, animalium, plurium, nauium, felicium.
Quibus adde, Samnitium, lintrium, cohortium, vtrium, ventrium, fornacium.
Ad hæc, monoſyllaba, quæ in duas conſonantes exeunt, vt Trabs, ſeps, pars, arx, merx: trabiū, ſepium, partium, arcium, &c.
Quibus accedunt, As, glis, lis, mus, nix, nox, os, oſſis, fauces, faucium: & ſi qua alia ſunt a viris doctis vſurpata.
Hinc rurſus excipiuntur, Parens, degener, inops, memor, ſupplex, vetus, vber, linx, & alia quorū geni-

genitiuus exit in Vm: quæ progrediente tempore, rerum omnium magister vsus, te sine fastidio docebit.

Genitiuus Græcus.

GEnitiuus Græcus exit in ων, hoc est, on, per o, magnum, vt Epigrammaton, hæreseon.

Datiuus Pluralis.

DAtiuus in Ibus exit, vt Sermonibus: Bos tamen bobus, aut bubus facit.

Græca, a neutris in A, in Is, syllabam frequetius exeunt, vt Peripetasmatis, emblematis, poematis, & poematibus, diplomatis, diplomatibus.

Accusatiuus Pluralis.

ACcusatiuus multitudinis, in Es, syllabam exit, vt Sermones: exit & in Is, cum genitiuus certorum nominum desinit in Ium, vt Omnis, vrbis: vter alteri sit præferendus, iudicabunt aures.

Casus Plurales.

CAsus plurales nominandi, accusandi, & vocandi neutri generis in A, desinunt: si ablatiuus in E, tantum exit, vt Tempora: Sin vero I, aut E, vel I, tantum terminetur, tunc in Ia, desinent, vt Vectigalia, ingentia.

Præter comparatiua, item, Vetus, Plus, quæ in A, exeunt: Maiora, vetera, plura.

Aplustre, aplustria, & aplustra facit.

Græcus Accusatiuus.

ACcusatiuus Græcus in As, desinit, vt Delphinas, Troas, crateras.

Virg. Orpheus in siluis, inter Delphinas Arion. Eclog. 3.

Quar-

Quarta Declinatio.

GEnitiuus singularis quartæ declinationis exit in Vs, syllabam, vt Senatus, anus. Prisci Senatuis, anuis dicebãt: apud quos etiam, I, littera hic casus terminabatur, ut Ornati, tumulti: vnde Terent. more prisco, Eius anuis causa, dixit: & nihil Ornati. Nihil tumulti.

DAtiuus in ui, exit, ut Senatui, anui: priscis sęculis etiam in u, exibat: vnde Virgilius.

Aen. 1. Parce metu Cytherea.

DAtiuus multitudinis in Ibus, exit, ut Sensibus.

Exceptio.

Arcus, artus, lacus, partus, specus, tribus in vbus, exeunt, lacubus, specubus, tribubus. Portus in ibus, & ubus. Questibus, a queror, multo vsitatius est, quam questubus.

Quinta Declinatio.

CAsus interrogandi singularis, quintæ declinationis, in Ei, litteras diuisas exit, ut Diei. Apud antiquos in ES, siue E, exibat. Vnde Virg.

Geor. 1. Libra dies, somnique pares vbi fecerit horas.

Met. 3. & Ouidius.

Prima fide, vocisque ratæ tentamina sumpsit.

Aen. 1. Exijt & in duplex, ij. Virg.

Munera, lætitiamque dij.

Casus interrogandi dandi, sextusq; multitudinis præter rerum, rebus, dierum, diebus, inusitati sunt.

Cicero non est ausus, specierum, speciebus, dicere: non tamen negat posse Latine dici.

Syn-

Sincope.

OMnium ferme declinationum interrogandi, casus multitudinis interdum, maxime a Poetis, imminuuntur: quam imminutionem Græci, Syncopen, vocant.

Primæ.

CÆlicolum, Æneadum, Ausonidũ, Troiugenum, &c. pro Cęlicolarum, Æneadarũ, &c.

Secundæ.

LIberum, numum, sestertiũ, fabrũ, deum, &c. pro Liberorum, numorum, &c.

Tertiæ.

CLadum, cędum, veprum, cælestum, agrestum, potentum, furentum, Macedum: pro Cladium, cædium, vepriium, cælestium, agrestium, potentium, furentium, Macedonũ: quæ & alia eiusdem generis non facile apud Oratores reperientur.

Appendix I.

GEnitiuus imminutus a nominibus substãtiuis, As, syllaba finitis, vsitatior est, quam plenus, vt Ciuitatum, quam ciuitatium.

Appendix II.

QVidam genitiui, tum pleni, tum imminuti sunt vsitati, etiam apud Oratores, vt Apium, & apum: serpentium, & serpentum: Quiritium, & Quiritum: optimatium, & optimatum: locupletium, & locupletum.

Quartæ.

CVrrum, passum, pro Curuum, passuum.

Anomala, siue Inæqualia.

ANomala, siue Inæqualia vocantur, quæ, aut numero, aut genere, aut declinatione, aut casu, aut aliquo alio attributo deficiunt.

Numero Inæqualia.

QVædam singulari numero tantũ declinantur, vt Nemo, pontus, lutum, & pleraque eorum, quæ metimur, aut ponderamus, vt Triticum, oleum, aurum, ferrum.

Quædam plurali solum, vt Cani, canorum: Penates, Penatium: Castra, Calendæ.

Genere Inæqualia.

QVædam singulari numero sunt masculina, plurali neutra, vt Sibilus, sibila: balteus, baltea.

Quædam singulari fœminina, plurali neutra, vt Carbasus, carbasa.

Quædam singulari neutra, plurali masculina, vt Argos, Argi, Argorum.

Declinatione Inæqualia.

VAs, vasis, singulari numero est tertiæ declinationis, plurali secundæ, vt Vasa, vasorum, vasis.

Iugerum iugeri, contra, numero singulari secundi est ordinis, plurali tertij: iugera, iugerum, iugeribus. Interdum & iugeris genitiuo singulari, & iugere ablatiuo legitur.

Casu Inæqualia.

QVædam non declinantur in casus, vt frugi, nihili, pondo: quod numerum pluralem tantum habet, cum libram significat: Item

Qua-

Quatuor, quinque, & cetera, uſque ad cētum, quæ aptota, ſiue monoptota appellantur.

Quædam verò carent, cuiuſmodi ſunt Interrogatiua, ut Quis, qualis: Relatiua, ut Qui, quæ, quod: Negatiua, ut Nemo, nullus: Partitiua pleraque, ut Quidam, ullus, alius: Pronomina etiam, præter Tu, meus, noſter, noſtras, ferme uocandi caſu deſtituuntur.

Quædam nominandi, interrogandi, & accuſandi caſum tantum habent, ut Tantundem, tantidem.

Quædam nominatiuum & vocatiuum, ut Iupiter, expes.

Quædam obliquos tantum, ut Iouis, Ioui, Ioue.

Quędam tres ſolum obliquos, Opis, opē, ab ope.

Quędā duos, ut Repetundarū, ab his repetundis.

Quædam unum, ut Inficias, ſponte, natu.

DE VERBORVM Præteritis, & Supinis.

Simplicium leges ferme coniuncta ſequuntur.
Hinc pauca excipiā, memori, q̄ mēte repones.
Cum geminat primā ſimplex, compoſta priorem
Præteriti ammittunt; præter præcurro, repungo,
Quæq; ſibi gignunt, do, ſto, cum poſcere, diſco.
Præteritis quæcunque carent, ſpoliato ſupinis,
Vt gliſco, uergo, ferio, cum polleo, uado,
Ambigo, cū ſatago, quæſo, quibus hiſco, fatiſco,
Et furit, & męret, tum aueo, tum ringor, & aio,
Et ueſcor, liquor, medeor, reminiſcor adauge.

Vt lego, perlego. Vt tendo, tetendi: extendo, extendi.

Insuper a verbo,seu nomine nata,tepesco,
Mitesco veluti,quorum de nomine lis est.
Aut certe capiunt a verbis vnde trahuntur.
Adde,quibus nomen vehemens meditatio fecit.
Esurit excepto. Veterum monumenta reuolue.

Vt cenaturio, dicturio.

Prima coniugatio.

PRæteritum primæ facit aui, atumq; supinū,
Vt neco: nā necui nectū sibi† pignora seruāt.
† At cubui,domui,crepui,vetuique supina.
Dant, in itum, vt cubitum : hæc tonui,sonuique
sequuntur.
M,cubo,cum recipit, tantum tibi tertia flectet:
† Ast id præteritis expungitur, atque supinis.
† Dimicat,aui,atum: micui nil amplius optat.
A fricui,frictum: a secui,deducito sectum.
A laui,lotum,aut lautum,nec sperne lauatum.
Ex lauo compositum,ceu diluo,tertia poscit.
Potatum,a poto,seu potum flectito. Iuui
A iuuo tantum,vel capies a prole supinum.
Dat plicui,plicitum,† cōpostū poscit vtrumque.
Supplicat,aui,atum,† genitūq; ex nomine solū.
† Ex do compositum variabit tertia; præter
† Quę vęnum,circum,pessumq;,satisq; crearunt.
Do,dedit,atque datū : verū,didit omne,ditūque
Exigit, vt vendo,trado,quod tertia flectit.
A sto flecte steti, statum,stiti,at inde profecta,
Atque,stitum,cupiunt,multo sed crebrius,atum.

† Vt eneco,aui, atum, & enecui, enectum.
† Cubo,domo,crepo, veto, tono, sono.
† Vt discūbo, discubui, discubitum.
† Mico,frico, seco, Lauo.
† Vt explico.
† Vt duplico, triplico.
† Vt vēdo, cọndo.
† venūdo, circundo, pessundo, satisdo.

Secunda Coniugatio.

ALtera præteritis dat,vi,dat,itumq; supinis,
Vt moneo,taceo: gignit sed,torreo,tostū.
Sorbeo,cum socijs,dat,vi,tamen absque supino.

Vt absorbeo, exsorbeo.

A do-

A doceo,doctum,a teneo deducito tentum.
Censeo fert censum:mistum tibi misceo donat.
Quod dat,vi,neutrum,timeoq; carento supinis.
Poscit itum,valeo,careo,placeoque,doletque,
Et iaceo,caleo,noceo,cum pareo,iunges.
Dant,di,sum,video,sedeo,cum prandeo:verum,
S,geminat sessum: stridi, nil postulat vltra.
Mordeo,præterito geminato,flecte momordi,
Morsum:sic spondet,tondet,sic pendeo flectes.
Dat mansi,mansum: minui sed prĕminet optat,
Prominet,immineo,simul eminet,absq; supino.
Hĕreo,dat,si,sum;cum,suadet,mulcet,& ardet.
Tergeo,cum mulget,ridet;sed torqueo tortum.
S,iussi,iussum,geminat. Indulgeo,si,tum.
Vrgeo,si,tantum; cum fulget,turget & alget,
Lugeo,fert,luxi: iampridem quæro supinum,
Luceo duntaxat,luci; sic frigeo,frixi.
Augeo præterito facit,auxi,auctumque supino.
Eui,etum,vieo,flet,net,cum deleo,quæque
A pleo nascuntur,repleo,ceu,suppleo,complet.
Ciui sume citum, quartæ sed pignora redde.
Conciere interdum etiam secundæ declinationis legitur : Liuius ab Vrbe, Elatum domo Lucretia corpus in foro deferunt, concientq; miraculo (vt fit) rei nouæ atque indignitate homines.
Nunc,oleo,dat ui,dat itum; sic pignora partis,
Quæ seruant sensum:Eui,etũ fert cetera†proles
Ast aboleuit,itum dat:fert adoleuit,adultum.
Ex veo,fit vi,tum: moueo,foueoque fatentur.
A caueo,cautum : a faueo deducito fautum.
Vi neutrum tantum poscit,ceu flaueo,liuet,

Vt horreo, egeo. Strideo. Maneo.

Iubeo.

Fleo, neo.

Cieo.

Lib. 1.

Vt oboleo, suboleo.

† Vt obsoleo.

Cōniueo. Et paueo,feruet: conniui,hoc poſtulat, & Xi:
Audeo,nunc auſus,gauiſus gaudeo poſcit:
Et ſolitus ſoleo: ſolui,tibi Criſpe,placebat.

Tertia Coniugatio.

Elicio. POſtulat,in Spicio,aut Licio,qđ definit,Exi,
Ectum,vt cōſpicio,allicio: tamē, Elicit,optat
Facio. Elicui,elicitum: a feci,deducito factum:
Iacio. A ieci iactum: dat fodi,s,duplice foſſum.
Fodio. Vult fugi fugitum: ſapui,ſapij ve,nec ultra
Fugio. Progreditur ſapio: cupio,iui,gignit & itum.
Dat capio cępi,captum: ſed cœpio priſcum,
Rapio. Fert cœpi,ceptum: a rapui deducito raptum.
Pario. Dat peperi partū,aut paritū:ſint pignora quartæ.
†Vt excutio, diſcutio. Dant cuſſi,cuſſum,Cutio † finita: parente
Vteris quaſſi,quaſſum,ſi legeris vſquam.
Quatio. Rite,uo,poſcit,ui,ac utum,ſit diluo teſtis.
†Vt diruo. † A ruo,dic ruitum:ſed,utū,dant pignota tātum.
Obruo. A ſtruxi,ſtructum: a fluxi deducito fluxum.
Struo. Congruo,nulla,luo,metuoque,pluoque ſupina:
Fluo. Annuo cū†ſocijs,batuo,ingruo,reſpuo,gignunt.
† vt renuo innuo. †Bo,dat,bi,dat itū. Scabo,lambo carēto ſupinis.
† Vt bibo. A ſcripſi,ſcriptum: a nupſi,deducito nuptum.
Scribo. Ici,fert,ictum: a duxi, depromito ductum.
Nubo. A parſi,parſum, geminat quoque parco,peperci.
Ico. Duco. Vinco,cupit,uici,uictum: a dixi,exige dictum.
Dico. Sco,ui,tumque petit: ceu noſco,quieſco,ſueſco.
Conquiniſco. Dat gnitus agnoſco,cognoſco,iungitur illi.
Dat paſco,paſtum:conquexi linque vetuſtis.
Cōpeſco. Vt diſco didici,tantum: ſic poſco,popoſci.
Diſpeſco,dat ui,pariter compeſcere,ſolum.
Do,di,ſum gignit; veluti,Defendere,Cudo.

N, ta-

N, tamen amittunt, fundo, cum ſcindere, findo:
S, geminat, fiſſum, ac ſciſſum: dat pandere, paſsū.
Tundo petit tutudi, tunſum: ſed pignora tuſum. Retundo, retuſum.
Sume Cado, cecidi, caſum: cape Cædo, cęcidi,
Cæſum: dat tentum, uel tenſum, tendo, tetendi.
Pedo, pepedit habet: penſum fert pendo pepēdi.
Tum rudo, tum ſido, tum ſtrido carento ſupinis.
Dant ſi, ſum, claudo, lædo, cum rodere, trudo,
Diuido, cum plaudo, rado, cum ludere: uaſi,
Ac uaſum, a uado, capiunt ſibi pignora tantum. Vt inuado.
Cedo, petit, ceſſi, ceſſum facit inde ſupino.
Dat xi, ctū Go, vel Guo, vt plāgo, extinguo ſupinis.
N, tamen abijciunt, ſtringo, cum pingere, fingo.
Tango, cupit, tetigi tactū: egi, ago poſcit, & actū.
Sume Pago pepigi pactum: cape pangere panxi: Pago priſcum eſt.
Vel pegi pactum, gaudent † compoſta ſecundo. † Impegi, compegi.
Dat legi lectum: fregi, dat frangere, fractum.
Negligit, exi, ectum, cum intelligo, diligo poſcit.
Prodigo, cum dego, ſugo, priuato ſupinis.
Dat pungo, pupugi, punctū: dant † pignora ferme † Vt expūgo.
Punxi. Vult ſi, ſum, ſpargo, cum mergere, tergo.
Dant xi, xum, figo, frigo: caret ango ſupinis.
A traxi, tractum: a uexi, deducito uectum. Traho, ueho.
Meio facit minxi, mictum, nec plura require.
Lo, luit, atque litum: colo, cultum, conſulo gignit Vt molo.
Cōſultū: occulit, occultum: aſt, alo, poſcit & altū.
Ante caret cello, præcello, excello ſupinis. Antecello.
Præteritum duplex, perculſi, perculit, optat
Percello, perculſum: haud plura require ſupina.
Dat pello, pepuli, pulſum: uult fallo, fefelli,
Falſum. A uelli, uel uulſi deducito uulſum. Vello.

Sublatum tollo,nunc tantum,ac ſuſtulit optat.
Sallo,facit ſalli,ſalſum : dat pſallere,pſalli.
Malo,volo,nolo,cum pſallo,carento ſupinis.
Mo,per vi,dat itũ : tremo flectitur abſq; ſupino.
Vt vomo. Dãt pſi,ptum,demo,promo,cum ſumere,como.
Emo. Emi,fert emptũ:premo preſſi,s,duplice preſſum.
Pono. Gigno. Dat poſui poſitum: genitum genuiſſe repoſcit.
Vt concinnui, cõcentum. Dat cecini cantum,cinui dant pignora,centum.
A ſino,fit ſiui,atque ſitum : dat ſternere,ſtraui,
Ac ſtratum: ſpreui,ſpretum dat ſpernere:cerno
Decreui, decretum. Creui,ſed cretum capiunt ſibi pignora ſolum.
Dat tempſi,temptum, temno, ſi legeris vſquam.
Lini, vel liui,leui ve,litumque triſulcum,
Fert lino.Po,pſi,ptũque petit,ceu ſcalpere,carpo:
Strepo, rũpo. A ſtrepui ſtrepitum : a rupi deducito ruptum.
Linquo, ſibi liqui : cupiunt ſibi pignora,lictum.
Vt relinquo, Coquo. Dat coxi,coctum : tero,triui poſcit,& itum.
A gero,fit geſsi,geſtum : dat curro,cucurri,
Curſum: quæſitum quæro,quæſiuit habeto.
Fero. Ferre tuli,latumque : vro,dabit vſsit,& vſtum.
Præteritum verri,a verro eſt, verſumque ſupinũ.
† Vt obſero,circunſero. A ſero,fit ſeui,atque ſatum : ui, ruſtica † proles.
Fert,& itum: da vi,ertũ aliena a rure † propago,
† Vt exero,deſero. †So,ſiui,ſitumque petit: dat viſere viſi,
Ac viſum : inceſſo inceſsi, tamen abſque ſupino.
† Vt capeſſo,faceſſo. Pinſitus,ac piſtus,pinſuſque,a pinſuit exit.
Xi,xum dant plecto,cum flecto,nectere,pecto:
Dãt quoque,pecto,xui,nectoq; : Peto iuit,& itũ.
Stertuit,a ſterto tantum : meto,meſſuit optat,
Ac meſſum,s,gemino : miſsi dat mitto,ſupinum
Verto. S,duplici miſſum : a uerti,deducito verſum.

Si-

Sisto, stiti, statum actiuum: neutrale sequetur, Sto verbũ: vñ stiti, atq; stitũ sibi pignora sument. A uixi, victum, a volui deflecte volutum. Texui amat, texo, ac textum: soluique solutum.

Vt resisto, insisto. Viuo. Voluo. Soluo.

De Præteritis, & Supinis quartæ coniugationis.

IVi, itum, vt polio, fastidio, quarta requirit. Fert veni, ventum venio: sepelire, sepultum. Singultum, singultit amat: dat amixit, amictum. Ex pario natum, per vi, flectatur, & ertum. Comperio, reperitque petit, Ri, poscit & Ertum. Sancio dat sanxi, sanctum, simul optat & itum. Sentio vult si, sum: sepsi, dat sepio, septum. Hausi, fert haustum: dat vinxi, vincio, vinctum. Farcio, dat farsi, fartum: vult fulcio, fulsi, Ac fultum: sarsi, sartum dat sarcio verbum. Væneo, fert vænum, quod ferme venijt optat. Dat salui saltum: † proles sibi vendicat, ultum.

Sepelio. Singultio. Amicio. Vt aperio. Operio. Reperio. Haurio. Salio. † Vt insilio.

De Præteritis & Supinis verborum Deponentium.

EX or, finitis, actiuam fingito vocem: Vt vereor, vereo, veritum, fluet inde supinũ, Præteritumque simul veritus sum: cetera fingi Hac ratione queunt. Pauca excipienda memento A reor, esto ratus: nanciscor nactus habeto. Orsus, ab ordiri, deducitur: vsus, ab utor. Vult fateor, fassus: proficiscor, sume profectus. Metiri, mensus gignit: pactusque paciscor.

Cōq; miniſcor, amat cōmētū: adipiſcor, adeptū.
Vltus, ab ulciſcor, venit: expergiſcor, habebit
Experrectus: at oblitum, obliuiſcor adoptat.
Dat labor, lapſus: miſereri, ſunde miſertus.
Fert, utus, loquor, atq; ſequor, q̃ror, accipe q̃ſtus.
Dat nitor nixus, niſuſque: gradi, accipe greſſus.
Redde fruor fruitus: morior, tibi mortuus hęret.
Naſcor, amat natus: tandem, fert ortus, oriri.
In tribus extremis per, Iturus, flecte futurum.
Dat patior, paſſum, inuiſum mortalibus ægris.

EMMANVELIS ALVARI E SOCIETATE IESV, DE INSTITVTIONE GRAMMATICA

Liber II,

Ad veterum fere Grammaticorum rationem reuocatus.

LECTORI S.

EGREGIAM *profectò operam lit teris, earumq; studiosis nauauit Emmanuel Aluarus Societatis Iesu Lusitanus. Is enim & præce pta Grammaticæ, ieiuna illa per se, litteratorum vero, an ignoratione dicam, an negligentia, barbaris ita polluta voci bus dicendiq; rationibus deformata, nihil, vt minus traderent, quam latinitatem, verbis, quantum res patiebatur illustribus, exornauit: &, id, quod vtilissimum fore videbatur, magna optimorum exemplorum copia locupletauit. Adde quamplurima ex op timo quoque auctore, tamquam ex penaria quadam eloquentiæ cella deprompta, ac partim ipsa in præcepta Grãmaticæ, partim in Appẽdices, partim vero in commẽtarios ita distributa; vt quod ad latini proprie*

tatem

tatem sermonis, & ornatum facit, nihil admodum desideretur. Huc accesserat admirabilis Grammaticæ ipsius tradendæ ratio, ac methodus, quã ille, aut a recentioribus quibusdam mutuauerat, aut, summo sane cum iudicio, primus ipse excogitauerat. Verũ, hæc ipsa methodus, quæ per se facilis, & quædam quasi compẽdiaria via futura esse videbatur ad omnem latinitatem, nescio quo pacto vsu venerit, vt experimento ipso, difficilior, quam vt puerorũ ingenia ferre possent, deprehenderetur. Et sane, vt idipsum tribui nouitati possit (ingenijs enim puerilibus conducit plurimum trita quædam, quasi cantilena præceptorum, quam ipsi sæpe pueri audiuerint, ac Psytacorum more, ipsarum etiam num rerum ignari decantarint) sed vt nouitati inquam tribuatur: non negarim tamen aliquid vidisse Diomedem, Phocam, Donatum, ceteros, cur maluerint planiorem quandam viam ingredi, quam directiorem; nec tam methodi perfectissimæ, quam puerilis capacitatis habere rationem. Sed, quoquo se modo res habeat, superiorum, vt dicebam, annorum experimento didicimus, puerorum vtilitati, & commodo, dum Verba Actiua, Neutra, Deponentia, Impersonalia permiscemus; dum nõ verborum formas, sed casuum regimen tantum attendimus; dum perfectam & absolutam Constructionem intransitiuam transitiuæ præponimus; dum quæ ad Nomen pertinent, ante ea quæ de verbis dicenda sunt, tradimus vniuersa; dum in harum ipsarũ vocum, Transitiui, & Intransitiui notione religiosius adhæremus; dum certis locis communibus omnia comprehendimus, nimio fortasse illis consulendi studio, minus esse consultum.

tum. Quare, operæpretium nos facturos esse existimauimus, si quæ de octo Partium Constructione scripsit Emmanuel, ita nunc primum ederemus, vt eã ipsam veterum dispositionem retineremus; ceterum Emmanuelis ipsius opera, atque eruditione frueremur. Habes itaque in hac Emmanuelis editione primum præcepta omnia quæ, quod ad intransitiuam constructionem, quam vulgo concordantias vocant, pueris existimauimus fore perutilia, harum tamen vocũ Transitiui, & Intransitiui, quod ea minus ad rem facere viderentur, mentione intermissa. Secundo loco Verba Actiua, Passiua, Neutra, Communia, Deponentia, Impersonalia, & Infinita eo fere ordine, quo a veteribus, vt diximus, erant disposita. Deinde, addidimus, quod ipsi illi faciunt, accidentia verborum, Gerundia, Participia, Supina. Hæc, Nominis constructio consequitur, quod eo loco a veteribus de Comparatiuis, & Superlatiuis agatur. Hanc ipsam postremo excipiũt partes aliæ orationis, eo plane ordine, quo hic noster, illas antea digesserat. Ex quo fit, vt cum ad Infinita accesseris, nihil plane in posterum, præter interpositã Nominis constructionem, immutetur: in ipsa autem constructione Verborum, ordinem quidẽ veterum recognoscas, præcepta vero, exẽpla, & alia omnia, vel ex ipsius Emmanuelis Præceptis, vel ex eius Cõmentarijs hauriãtur. Quibus in Commentarijs, quia multa erant cognitu, illa quidem pulcherrima, sed quæ in ijs, qui circumferuntur libellis desiderarentur: ideo fecimus, vt pulcherrimis quibusque e Commentario excerptis (idque tantum in constructione verborum, ne nimium libellus excresceret,) Appendicum numerum

rum augeremus. Quarum Appendicum singulis verborum ordinibus illas adscripsimus, quæ magis ad rẽ facere videbantur; easque ipsas eo consilio in tria genera distribuimus, vt Ludi magistri intelligerent, tyrones non ijs omnibus esse continuo onerandos; sed eis, cum primum ad partium orationis constructionem accesserint, tradenda esse nuda tantum præcepta Grammaticæ, idque vsque ad Accidentia verborum. Quibus præceptionibus semestri fere spatio expeditis, iteranda eadem illa cum primi generis Appendicibus, ijs tamen addendis de Accidentium verbi, de Nominis, de ceterarum partium constructione, quorum capaces esse videbuntur: idque altero semestri faciundum. Tertio deinde semestri Appendices secundi generis, & ex alijs orationis partibus adiungenda, si quæ fuerint semestri superiore prætermissa. Quarto demum semestri discipulos, cum iam erunt in præceptis Grammaticæ confirmati, tertij generis Appendices vna cum ijs, quæ ad figuratam constructionem pertinent, docendos esse. Ita fiet, vt fere biennio abundent præceptis, institutisque Grammaticæ, eoque tum demum tempore, ad humanitatem informentur. Hæc habuimus, quæ te de immutato in Emmanuele ordine, deq; Grammatica institutione tradenda doceremus. Vale.

DE OCTO PARTIVM Orationis Constructione.

DE CONCORDANTIIS.

Nomen cum Verbo.

VERBVM finiti modi postulat ante se nominatiuum aperte, vel occulte, eiusdem numeri, & personæ.

Cicero Terentiæ: Si vales bene est; ego quidem valeo. Lib. 14.

Terentius in Eunucho: Quis hic loquitur? Idē, ibidem : Quid stamus? cur non imus hinc?

Nam uerbum infiniti modi ante se accusatiuū habet. Cic. ad Atticum: Hunc quidem nimbum cito transijsse lætor. Lib. 15.

Appendices I. generis.

1 *Voces copulatæ sępius verbū plurare desiderant. Cic. ad Att. Hic nobiscum sunt Nicias, & Valerius.* Lib. 12. *Interdum singulari contentæ sunt. Idem de Senectute: Mens, & ratio, & consilium in senibus est. Quod intelligitur, etiam si nonnumquam omittatur coniunctio. Idem ad Q. Fratrem: Frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur; oratio vero sæpissime.* Lib. 1.

2 *Verbum plurale, si nomina sunt diuersarum personarum, nobiliorem personam sequitur: Prima nobilior est, quam secunda & tertia: Secunda tertiæ anteponitur. Cic. ad Terentiam: Si tu, & Tullia, lux nostra, valetis; ego, & suauissimus Cicero valemus.* Lib. 14.

Appendices II. generis.

1 *Prima, & secunda persona fere nō explicantur,*

nisi cum diuersa studia significamus. Auctor ad Herennium: Ego capitis mei periculo patriam liberaui; Vos liberi sine periculo esse non curatis? Aut cum plus significamus, quam dicimus. Cic. in Ver. Tu innocentior, quam Metellus? Tu, plus significat, quam verbum ipsum per se declarat.

Lib. 4.

Lib. 5.

2 *Verbum infinitum interdum partes nominatiui agit. Cic. in Oratore: Oportere, perfectionem declarat officij. Terent. in Heautontimorumeno: Non est mentiri meum.*

Item verbum cum suo casu. Cic. ad Marium: Vacare culpa magnum est solatium. Brutus ad Atticũ: Dolet mihi, quod tu non stomacharis.

Lib. 7. ad Brut.

Appendices III. generis.

1 *Poetæ verbo plurali aliquando vtuntur, intercedente præpositione, cum. Virg. Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt. Oratores singulari. Cic. ad Q. Fr. Domitius cũ Messalla certius esse videbatur.*

Æneid. 1.

Lib. 3.

2 *Item Poetæ, intercedente præpositione, Cum, verbum multitudinis præstãtiori personæ reddunt. Virg. Diuellimur inde, Iphitus & Pelias mecum. Oratores vero verbum nominatiuo reddunt, nulla habita ratione ablatiui. Cic. ad Att. Nec totum animum tuum mærori mecum dedisses. Quod idem & Poetæ faciunt. Horat. Ad Pisones: Tu quid ego, & populus mecum desideret, audi.*

Æneid. 2.

Lib. 3.

3 *Verba, Apparet, Fallit, Fugit, Præterit, Latet, interdum loco nominatiui, membrum orationis habent. Cic. ad Att. Apparebat illas litteras non illius esse. Idem accidit nonnunquam in verbis passiuis. Cic. de Amic. Tarquinium dixisse fertur, etc. quamquam*

Lib. 12.

vsita-

vſitatius eſt, ferunt Tarquinium dixiſſe, aut fertur dixiſſe Tarquinius.

4 *Idem verbo, Videtur, interdum vſu venit, modo aperte. Cic. in Tuſc. Non mihi videtur, ad beate viuendum, ſatis poſſe virtutem. (quod tamen imitandum non eſt, cum, Videor, ſoleat cum nominatiuo, ſi adſit, congruere, ſic: Non mihi videtur, ad beate viuendum, ſatis poſſe virtus; de quo ſuo loco præcipietur) modo obſcure. Cic. Attic. Velim aliquando, cum erit tuum commodum, puerum Lentulum inuiſas, eique de Mancipijs, quæ tibi videbitur attribuas: deeſt enim, attribuenda eſſe.* Lib. 5. Lib. 12.

Adiectiuum cum Subſtantiuo.

NOmina adiectiua, Pronomina, & Participia cohærent cum ſubſtantiuis genere, numero & caſu. Cic. in Ver. Erat hiems ſumma, tempeſtas perfrigida, imber maximus. Terent. in Eunuc. Ille bonus vir nuſquam apparet. Curtius, Parua ſæpe ſcintilla contempta magnum excitauit incendium. Lib. 6. Lib. 6.

Appendices I. generis.

1 *Subſtantiua coniuncta fere adiectiuum multitudinis requirunt. Liu. Hippocrates, & Epicides nati Carthagine, ſed oriundi ab Syracuſis. Quod ſi adiectiuum ſingularis ſit numeri cum viciniore ſubſtantiuo, genere, numero, & caſu conſentiet. Q. Cic. de Petitione Conſulatus: Multorum arrogantia, multorum contumacia, multorum ſuperbia, multorum odia ac moleſtia perferenda eſt.* Bel. Pun. lib. 4.

2 *Adiectiuum plurale præſtantius genus ſibi vendicat. Virile præſtantius eſt muliebri, & neutro. Terent.*

rent. in Andria: Domus, vxor, liberi inuenti inuito patre. Neutrum muliebri præfertur, præcipue cum de rebus inanimatis sermo est. Sall. in Cat. His genus, ætas, eloquentia prope paria fuere. Idem: Diuitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt.

3 *Cum substantiuis rerum inanimatarum sæpe iungitur neutrum multitudinis. Liu. Ira, & auaritia, imperio potentiora erãt. Cicero tamen, fere proximi, habet ratione͂. Cic. in Cat. Video P.C. in me vestrum omnium ora, atque oculos esse conuersos. Idem ad Q. Fr. Toti denique sit Prouinciæ cognitũ, tibi omnium, quibus præsis salutem, liberos, famam, fortunas esse carissimas.*

Bell. Mac. lib. 7.

Orat. 4.

Lib. 1.

Appendices II. generis.

1 *Participia, Factus, Creditus, Dictus, Dicendus, Visus, Appellatus, & cetera eiusdem generis, si inter duo substantiua ponantur, non continuo cum præcedente consentient: nec itidem, si post vtrumque collocentur, cum alterutro consentire poterunt: habenda est enim ratio, quod ad constructionem attinet, non collocationis uerborum, sed ipsarum rerum. Itaque cohæret adiectiuum cum eo nomine, quod est basis, & fundamentum orationis. Plin. Puteoli Colonia Dicæarchia appellati.*

Lib. 5. c. 1.

2 *Adiectiuum fœmininum interdum respondet viciniori substantiuo pluralis numeri. Liu. Hoc S.C. literæque a Sp. Posthumio Prætore in Hetruriam missæ sunt. Si de rebus animatis agitur, satius est circuitione vti hoc modo. Lucretia castissima fuit, qua virtute etiam eius mancipium floruit, potius, quam, Lucretia & eius mancipium fuerunt castæ.*

Bell. Mac. lib. 7.

Appen-

Appendices III. generis.

1 *Figurata constructio censenda est, cum apud probatos scriptores, e duobus substantiuis, adiectiuum consentit cum minus præcipuo, vt Cic. de Diuin.* Lib.2. *Non enim omnis error stultitia dicenda est. Terent. in Phorm. Nunquam æque, ac modo, paupertas mihi onus visum est, & miserum, & graue. Liu. Gens* Lib.1. *vniuersa, Veneti appellati.*

2 *Poetæ substantiuis præpositione, Cum, copulatis, plurale adiungunt suo iure. Ouid. Sors eadem* Met.lib.2. *Ismarios Hebrum cum Strimone siccat: Ismarios, adiectiuum est duorum fluuiorum. Et sequuntur etiam generis præstantiam. Ouid. Ilia cum Lauso de* Fast. lib.3. *Numitore sati.*

Relatiuum cum Antecedente.

Relatiuũ, qui, quæ, quod, concordat cum antecedente, in genere, & numero. Cic. ad Tironem: Nemo nos amat, qui te non diligat. Idem Att. O te ferreũ, qui illius periculis nõ moueris. Lib.3. Itẽ, pronomina, Hic, Iste, Ille, Ipse, Is, & Idem, cum fiunt Relatiua. Idem ad eundem: Eunti mihi Antium uenit obuiam tuus puer; is mihi litteras abs te, & commentarium consulatus mei Græce scriptum reddidit.

Lib. 16. Lib.2.

Appendices I. generis.

1 *Relatiuum qui, quæ, quod, cum antecedenti præponitur, cum eodem genere, numero, & casu, per quam venuste cohæret. Cic. Att. Quos cum* Lib.9. *Matio pueros & Trebatio miseram, epistolam mihi attulerunt. Quamquam sæpius, alterum relatiuum subijcitur ex ijs pronominibus, Hic, Iste,*

Lib.1. *Ille, &c. Cic. Tusc. Quam quisque norit artem, in*
Lib.2. Fa. *hac se exerceat. Idem ad Curionem: Si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes comparantur, in ijs esse elaborandum.*

2 *Quod si inter duo substantiua ponatur, cum alterutro consentire poterit, etiam si alterum proprium*
Catil.li.3. *sit. Sall. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Curt. Darius ad eum locum, quem Amanicas Pylas vocant, peruenit.*

3 *Quantus, Qualis, & cetera id genus nomina, cum relatiua fiunt, non cum antecedente, sed cum consequente substantiuo, genere, numero, & casu consen-*
Lib.12. *tiunt. Cic. ad Cassium: Dixi de te, quæ potui, tanta contentione, quantum forum est. Idem in Bruto: Vtinam in Tiberio Gracco, Caioque Carbone talis mens ad Remp. bene gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendum fuit.*

Appendices II. generis.

1 *Nominatiuus & verbum, adiectiuum & substantiuum, relatiuum & antecedens, interdum, maxime apud Historicos & Poetas, sensu & significatio-*
Æneid.1. *ne consentiunt, quamuis voce discrepent. Virg. Pars*
Bell. Mac. *in frusta secant, verubusque trementia figunt. Liu.*
7. *Pars in iuueniles lusus versi, pars vescentes sub vmbra, quidam somno etiam strati. Teren. in Andria: Vbi illic est scelus, qui me perdidit? illic scelus, hoc est ille sceleratus.*

2 *Orationis membrum interdum vice anteceden-*
Lib.2. *tis ponitur, idque in neutro genere. Cic. Att. Pompeius, quod mihi summo dolori est, ipse se afflixit.*

Appen-

Appendix III. generis.

Si plura antecedant substantiua coniunctionibus alligata, idem obseruandum, quod paullo ante de adie ctiuis dictum est. Cic. in Off. Propter summam & doctoris auctoritatem, & vrbis, quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis. Idem ad Q. Cæcil. Sed tibi venire in mentem certo scio, quæ vita esset nostra, quæ suauitas, quæ dignitas: ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. Interdum redditur relatiuum viciniori substantiuo. Cic. in Pisonem: Mihi non venerat in mentem furorem & insaniam obstare vobis, in quam incidistis. Lib. 1.

Substantiua continuata.

SVbstantiua continuata, quæ ad eamdem rem spectant, casu concordant, quamuis genere & numero aliquando dissentiant. Cic. Att. Tulliola delitiæ nostræ tuum munusculum flagitat. Plin. Quid agit Comum tuæ, meæque deliciæ? Lib. 1. Lib. 1. ep.

Appendices III. generis.

1 *Interdum alterum substantiuum genitiui est casus, quamquam alterum alio casu efferatur. Cic. Att. Cassius in Oppido Antiochiæ cum omni exercitu est: pro in Oppido Antiochia. Virg. Et celsam Buthroti ascendimus vrbem.* Lib. 5. Æneid. 3.

2 *Quærunt hoc loco Grammatici, vtri potius substantiuo reddendum sit verbum, adiectiuum, & relatiuum, magis, an minus communi? Ego, quantum memini obseruasse, existimo, si alterum proprium sit hominis, cum eo verbum, ceteraque consentire. Cic. ad Mar. Deliciæ vero tuæ noster Aesopus, eiusmodi fuit, vt ei desinere per omnes lice-* Lib. 7.

ret: si vero de alijs rebus agatur, sæpissime video verbum adiectiuum, relatiuumque magis communi respondere. Liu. De Solis vrbe, quæ in Cilicia est, egerunt: Soli, solorum, nomen est vrbis. Plin. Tugri ciuitas Galliæ fontem habet insignem. Liu. Corioli Oppidum captum.

Bel. Mac. lib.7. Lib.31. Lib.2.

Interrogationis, atque Responsionis consensus.

INterrogatio, & Responsio casu consentiunt. Cui præceptori dedisti operam? Platoni. Cuius est hæc oratio? Ciceronis. Quem existimas fuisse Principem Oratorum? Demosthenem. Quo morbo fuisti impeditus? assidua febricula.

De Constructione Verbi Actiui.

VErbum actiuum est, quod littera, O, finitũ, passiuũ fit, addita littera, R, vt Amo, Amor.

Primus Ordo Actiuorum.

VErbum Actiuum, post se accusandi casum postulat. Cic. in Catil. Auus tuus clarissimus uir amauit unice patriam, & ciues suos.

Amo	as	aui	atum	amare.
Diligo	gis	lexi	lectũ	
Lego	gis	gi	lectũ	leggere.
Fero	fers	tuli	latum	portare.
Veho	his	xi	ctum	
Laudo	das	aui	atum	lodare.
Cõmendo	das	aui	atum	
Vitupero	ras	aui	atum	biasimare.
Scribo	bis	psi	ptum	scriuere.
Celebro	bras	aui	atum	celebrare.

Co-

Como	mis	cōpsi	cōptū	acconciare.	Ad cultū mulierum refertur.
Adiuuo	as	uui	tum	aiutare.	

Secundus Ordo Actiuorum. Genitiuus præter Accusatiuum.

QVædam Verba actiua, præter accusatiuum genitiuum admittunt. Ea fere sunt accusandi, absoluendi, damnandi. Genitiuus uero pœnam fere, crimenve significat. Cic. pro Rabir. An non intelligis primum quos homines, & quales viros mortuos summi sceleris arguas? Ibidem: Ciuem Romanum capitis condemnare cogit. Terent. in Eunuc. Hic furti se alligat.

Accuso	sas	aui	atum	accusare.
Accerso	sis	iui	itum	
Arcesso	sis	iui	itum	
Defero	fers	tuli	latum	
Incuso	sas	aui	atum	
Postulo	las	aui	atum	
Arguo	is	ui	utum	accusare, & riprendere.
Coarguo	uis	ui	utum	conuincere.
Infamo	as	aui	atum	infamare.
Insimulo	as	aui	atum	imputare.
Cōuinco	ncis	ci	ctum	conuincere.
Absoluo	luis	lui	lutum	assoluere.
Damno	nas	naui	natū	condannare.
Condēno	nas	naui	natū	

Sene. epi. 22. n6. est, quod quis quā illos, apud te, temeritatis infamet.

Appendices I. generis.

1 *Genitiuus criminis, maxime cū his verbis, Ac-*

cuſo, Arguo, Deſero, Poſtulo, Abſoluo, Damno, Condemno, in ablatiuum cum præpoſitione, De, mutari poteſt. Cic. Attic. Non committam poſthac, vt me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis. Hoc tamen nomen, crimen, ablatiuo ſine præpoſitione effer tur. Cic. Curioni: Si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine. Dicimus etiam, capite ali quem damnare, punire, plectere. Auct. ad Heren. Eum vos iurati capite damnaſtis.

Lib.1.

Lib.2.

Lib.4.

2 *Abſoluo, Libero, Alligo, Aſtringo, Multo, Obligo, Obſtringo, quemadmodum ſuapte natura ablatiuum petunt, ita & ablatiuum ſignificantem pœnam, crimenve ſine præpoſitione admittunt. Liu. Ego me etſi peccato abſoluo, ſupplicio nõ libero. Cic. de Orat. Vitia hominum, atque fraudes damnis, ignominijs, vinculis, verberibus, exilijs, morte, multantur.*

Lib.1.

Lib.1.

Appendices II. generis.

1 *Nõ temere vti debemus verbis Accuſandi, &c. nec enim Corripio, Reprehendo, Vitupero, Culpo, Caſtigo, Punio, Plecto, Multo, Excuſo cum genitiuo iunguntur. Culpare, Reprehendere, Sugillare, Taxare alicuius parſimoniam, ambitionem, &c. dicam potius, quam aliquem parſimoniæ, ambitionis, &c.*

2 *Verba hæc Accuſandi, &c. interdum præpoſitionem, In, admittunt. Cic. de Inuent. Quare vitam eius, quem arguit ex ante factis accuſator improbare debebit, & oſtendere, ſi quo in pari peccato conuictus ſit. Cic. ad Q. Fratrem: Primum, me tibi excuſo in eo ipſo, in quo te accuſo.*

Lib.2.

Etiam verba emendi, vendendi, locandi, prę ter accuſatiuũ, hos fere genitiuos aſſumunt:

tanti,

tanti, quanti, pluris, minoris, tantidem, quanticumque. Pretium tamen ablatiuo effertur: de quo dicturi sumus, cum de communi constructione trademus. Cic. in Offi. Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit. Ibidem: Vendo meum non pluris, quam ceteri fortasse, etiam minoris.

Emo	emis	emi	emptũ	comprare.
Redimo	mis	èmi	emptũ	ricomprare.
Vendo	dis	didi	ditum	vendere.
Loco	cas	aui	catum	dare a pigione, o a fitto, e dare a fare.
Cõduco	cis	xi	ctum	pigliare a pigione, a fitto, e a fare.

VErba Æstimandi, præter hos genitiuos, illos etiam habent, magni, parui, maximi, minimi. Terr. in Heauton. Tu illum nunquam ostendisti, quanti penderes. Idem in And. Merito te semper maximi feci Chreme.

Æstimo	as	aui	atum	stimare.
Duco	cis	xi	ctum	
Habeo	bes	bui	bitum	
Pendo	dis	pepẽdi	pẽsum	
Puto	tas	aui	atum	
Facio	cis	feci	factum	

Appendix I. generis.

Dicimus etiam, Magno, Permagno, Paruo, & Magno pretio æstimare. Cic. in Ver. Tu ista permagno æstimas? Idem de Fin. Magno æstimabas pecuniam. Val. Max. Magno vbique pretio virtus æstimatur. Lib. 1. Lib. 2. Lib. 5.

Appendices II. generis.

1 *Nauci, Flocci, Pili, Assis, Teruntij, nihili, cum verbo, Facio, iunguntur. Cic. de Fin. Eum nihil facit. Dicimus etiam, Tuas minus huius non facio. Nihili tuas fortunas pendo. Non assis, Nō Flocci te æstimo. Pro nihilo habeo, puto, duco diuitias omnes præ virtute. Non nihilo bonam valetudinem æstimo.*

Lib. 2.

2 *Sum, pro æstimor, genitiuos magni, maximi, pluris, plurimi, ceterosque admittit. Cic. Cass. Magni erunt mihi tuæ litteræ. Idem pro Sest. Quis Carthaginensium pluris fuit Hannibale consilio, virtute, rebus gestis?*

Lib. 15.

3 *Aequi, bonique, vel Aequi boni facio, Boni consulo, singularia sunt. Ter. in Heaut. Equidem istbuc Chreme, Aequi boniq; facio. Cic. Att. Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istbuc æqui boni facit. Seneca: Hanc coqui, ac pistoris moram boni consulo.*

Lib. 7.

Epist. 12.

HÆc item verba, Admoneo, Commoneo, Commonefacio genitiuum habent, cū accusatiuo. Liu. Qui admonerēt eum fœderis Romani. Quint. Grammaticos sui officij commonemus. Eadem tamen pro genitiuo possunt ablatiuum cum præpositione, De, admittere. Cic. pro Lege Manil. De quo vos paullo ante inuitus admonui. Idem in Verr. Te neque præsens filius de liberorum charitate, neque absens pater de indulgentia patria commonebat.

Bell. Mac. lib. 5. Lib. 1. Lib. 7.

Admoneo	nes	nui	nitum	ammonire.
Commoneo	nes	nui	nitum	
Cōmonefacio	cis	feci	ctum	

Ter-

Tertius Ordo Actiuorum. Datiuus cum Accusatiuo.

QVędam verba Actiua, pręter accusatiuũ, datiuũ exigunt. Ea fere sunt dandi, reddendi, committendi, promittendi, declarãdi, antepõnendi, postponendi. Cic. pro Planc. Salutem tibi ijdem dare poterunt, qui mihi reddiderunt.

Dandi.

Do	das	dedi	datum	dare.
Tribuo	is	ui	utum	dare.
Præbeo	es	ui	itum	dare.
Dedo	dis	dedidi	ditum	dare ĩ preda.
Concedo	dis	essi	essum	concedere.

Ministro, Suppedito, Cõmodo, Exhibeo, Impẽdo.

Reddendi.

Reddo	dis	didi	ditum	rendere.
Restituo	tuis	tui	tutum	restituire.
Refero	fers	tuli	latum	riportare.
Rependo	dis	pendi	pensum	pagare.

Committendi.

Committo	tis	misi	missũ	commettere.
Mando	das	aui	tum	commettere.
Cõmendo	das	aui	atum	raccõmãdare.
Trado	dis	didi	ditum	consegnare.
Credo	dis	didi	ditum	fidare.
Prodo	dis	didi	ditum	tradire.

Promittendi.

Promitto	tis	misi	missũ	promettere.
Spondeo	des	spopõdi	spõsũ	promettere.

Declarandi.

Aperio	is	ui	ertum	aprire.

De-

Declaro	ras	aui	atum	dichiarare.
Expono	nis	sui	situm	esporre.
Explico	cas	aui / cui	atum / citum	spiegare.
Significo	cas	aui	atum	dare ad itedere.

Indico, Ostendo, Demonstro, Dico, Narro.

Anteponendi.

Antepono	nis	sui	situm	anteporre.
Antefero	fers	tuli	latum	anteporre.
Præpono	nis	sui	situm	anteporre.
Præfero	fers	tuli	latum	anteporre.
Præopto	ptas	praui	ptatum	voler più tosto.

Postponendi.

Postpono	nis	sui	situm	posporre.
Posthabeo	bes	bui	bitum	posporre.

Appendices I. generis.

1 *Alia verba sunt huius tertij ordinis, vt Facio tibi iniuriam: Facio tibi fidem: Ago vobis maximas gratias: Interdixisti nobis vsum purpuræ: Mitto tibi, & ad te litteras. Vat. Cicer. Omnia mihi dura imperas. Sulp. ad eundem: Quæ alijs tute præcipere soles, ea tute tibi subijce. Cic. Attic. Tu quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato.*

Lib. 5.
Lib. 4.
Lib. 3.

2 *Multa denique composita ex actiuis, & præpositione, Ad, In, Ob, Præ, Sub, præter datiuum, etiam accusandi casum postulant. Cic. Att. Inimici mei, mea mihi, non me ipsum, ademerunt. Eiusmodi sunt, Affero, Admoueo, Adijcio, Adiungo, Addo, Addico, Admetior, Applico, Admisceo, Appono, Adiudico, &c. Infero, Infigo, Importo, Iniungo, Inijcio, Indo, Ingero, Incutio, Insero, Inuro, &c. Oppono, Offundo, Offero.*

Lib. 3.

ro. Præcludo, Præcipio, Præscribo, Præfinio, Præparo. Subduco, Subscribo, Subiungo, Suppono, Suggero.

Appendices II. generis.

1 *Habeo tibi fidem, id est credo, vsitatissimum, elegantissimumque est. Adhibeo tibi fidem, in eadem re, dubium, & controuersum est. Presto tibi fidem, tum dicimus, cum seruare fidem intelligimus.*

2 *Sunt quibus geminus datiuus, præter accusatiuũ apponitur: Do tibi hoc laudi, uitio, culpæ, crimini, pignori, fœnori: Vertis id mihi vitio, stultitiæ: Id tibi ducis honori, gloriæ, laudi, uitio, dãno. Cic. pro Sex. Rosc. Profecto te intelliges, inopia criminũ, summam laudẽ Sex. Roscio uitio, & culpę dedisse. Ter. in Adelph. Tu nunc tibi id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.*

Appendices III. generis.

1 *Verbum, Mutuo, non est huius loci: non enim dicimus, Mutuaui tibi pecunias, mutuasti mihi centum nummos: sed dedi tibi pecunias mutuas: Dedisti mihi mutuos centum nummos. Cic. Att. Cui magnam dedimus pecuniam mutuam. Ter. Heaut. Huic drachmarum argẽti mille dederunt mutuum. Dicimus autem fere dare mutuum de pecunia, alijsque rebus, quæ non redduntur eadem, sed eiusdem generis: nam de ceteris, Commodare vsitatum est, quod etiam interdum de pecunia dicitur. Plaut. Asin. Viginti argenti minas commodare dixit: & Cic. pro Cæl. Mulier, quæ se aurum Cælio commodasse dicit.* Lib. 2.

2 *Iubeo, cum imperare significat, ponitur cum infinito. Cic. pro Deiot. Iubeo te bene sperare: vel infinitum intelligitur. Plaut. in Aulul. Aut si respexeris, donec ego te iussero, intelligitur, respicere. Alioquĩ*

ca-

casum personæ non habet, sed rei. Cic. de Leg. Lex est ratio summa insita in natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria. Iubeo cum datiuo, & particula, Ne, dixit Cæs. de Bell. Ciu. Militibus suis iussit, ne qui eorum violarentur: quod mirandum potius, quam imitandum videtur. Cum autem decernere, statuere, creare significat, non solum accusatiuum rei, sed etiã personæ admittit. Cic. pro Corn. Populus Ro. legem iussit de ciuitate tribuenda. Idem in Ant. Cum primum Cæsar ostendisset, se Dolabellam Consulem esse iussurum, idest creaturum.

Lib. 3.

Phil. 2.

Quartus Ordo Actiuorum. Geminus Accusatiuus post verbum.

QVædam verba actiua, post se duos accusandi casus admittunt. Cic. Treb. Silij caussam te docui.

Doceo	ces	cui	doctum	insegnare.
cum compositis.				
Moneo	nes	nui	nitum	ammonire.
cum compositis.				
Flagito	tas	aui	atum	chiedere cõ instanza.
Posco	scis	poposci		chiedere.
Reposco	scis	repoposci		richiedere.
Rogo	gas	gaui	gatũ	dimandare.
Interrogo	gas	gaui	gatũ	interrogare.
Celo	las	laui	latũ	tener nascosto.

Appendix I. generis.

Dicimus etiam, Moneo, Admoneo, Commoneo, Doceo, Edoceo, Erudio te de hac re, idest Commonefacio, certiorem facio. Cic. Att. Extremum est ut te

Lib. 11.

orem

orem cum Camillo communices, vt Terentiam moneatis de testamento. Idem de Orat. Vt de sua quisque re me ipse doceat. Interrogo, Celo eandem præpositionem admittunt. Cic. Treb. Bassus noster me de hoc libro celauit. Celo etiam datiuo gaudet, maxime voce passiua. Terent. Phorm. Si hoc celatur patri, in metu sum. Lib. 2. Lib. 7.

Appendices II. generis.

1 *Verbo, Commoneo, non ausim geminum accusatiuum dare, sed accusatiuum cum genitiuo, vel ablatiuo, vt supra dictum est.*

2 *Erudio, Instituo, Informo, Instruo, Imbuoque quamuis sint verba docendi, non tamen geminum accusatiuum habent, sed ablatiuum cum accusatiuo. Cicer. Lent. Lentulum nostrum, cum ceteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias. Idem pro Deiot. Quibus ille studijs ab ineunte ætate se imbuerat.* Lib. 1.

Appendices III. generis.

1 *Peto, cum duobus accusatiuis nondum, quod meminerim, apud veteres inueni: nam quod Plin. Petere iura Cordubam dixit, figuratum est, vt etiam Petere in Indos, pro ab Indis, lib. 12. cap. 7.* Lib. 3.

2 *Prisci dicebant, Exigor pecunias, portorium: vnde videntur etiam dixisse, Exigo te pecunias, portorium: quæ seculum eruditius reiecit. Vide Gell. lib. 15. c. 14.*

3 *Erudio, apud Poetas duos accusatiuos admittit. Stat. Et quæ te leges, præceptaque fortia belli Erudijt Genitrix, nimium didicisse quæretur. Sic Ouidius aliquoties.* Theb. lib. 10.

Quin-

Quintus Ordo Actiuorum. Ablatiuus præter Accusatiuum.

QVædam verba actiua ablatiuum, præter accusatiuum, sibi asciscunt. Ea fere sunt vestiendi, implendi, onerandi, liberandi, & his contraria, multa præterea priuandi. Cic. de Nat. De. Lib. 2. Oculos natura membranis tenuissimis vestiuit, & sepsit. Ibidem: Diligentius vrbem religione, Lib. 3. quam ipsis mœnibus cingitis.

Vestiendi, & Contraria.

Induo	uis	ui	utum	vestire.
Vestio	is	iui	itum	vestire.
Insterno	is	straui	stratum	coprire, o mettere attorno.
Spolio	as	aui	atum	spogliare.
Exuo	is	ui	utum	spogliare.
Nudo	das	aui	atum	spogliare.
Calceo	eas	aui	atum	calzare.
Cingo	gis	xi	cinctū	cingere.

Conuestio, Amicio, Orno, Tego.

Implendi, & contraria.

Impleo	es	eui	etum	empire.
Compleo	es	eui	etum	empire.

Cum ceteris compositis.

Satio	as	aui	atum	saziare.
Saturo	as	aui	atum	saziare.
Farcio	cis	farsi	fartum	empir troppo, e con violēza.

Refercio, Cumulo, Augeo, Exhaurio.

Onerandi, & contraria.

Obruo	is	ui	utum	caricar troppo.

Onero

Onero ras aui atum caricare.
Premo mis essi essum premere.
Opprimo mis essi essum opprimere.
Leuo uas aui atum allegerire.
Exonero ras aui atum scaricare.

Liberandi, & contraria.

Libero as aui atum liberare.
Soluo uis ui lutum } sciogliere.
Exsoluo uis ui lutum
Expedio dis iui itum sbrigare.
Alligo, Obligo, Astringo, Impedio, Implico, Illaqueo.

Priuandi.

Priuo as aui atum priuare.
Abstineo es ui astenere.
Fraudo as aui atum defraudare.
Prohibeo es bui bitum tener lontano.
Pello, Abdico, Viduo, Orbo, Euerto, vt Cic. in Vetr. Ne per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere. Lib. 3.

Appendices II. generis.

1 *Impleo, etiam genitiuum admittit. Cic. ad Pætum: Ollam denariorum implere: sed ablatiuus vsitatior est.* Lib. 9.

2 *Compleo, apud Plautum cum genitiuo reperitur in Meneb. Parasitus, qui me compleuit flagitij, & formidinis.*

3 *Dono, Impertio, Aspergo, datiuum, vel ablatiuum sine præpositione habent. Cic. pro Sex. Roscio: Non pauca suis adiutoribus large, effuseque donabat. Idem pro Cornelio: Eum Pompeius ciuitate donauit.*

nauit. Inspergo, huc potest accedere: item Intercludo, & aliquando, Exuo.

Appendices III. generis.

1 *Impleo, interdum ablatiuum habet cum praepositione, De. Cic. Acad. De quibus volumina impleta sunt.*

Lib. 4.

2 *Verba vestiendi non dum, quod meminerim, legi apud veteres cum duobus accusatiuis, iuncta voce actiua: Passiua quidem, apud Historicos & Poetas reperiuntur. Curt. Itaque reuocatus vestem patris, eam ipsam, quae in sella erat induitur. Virg. Deinde comptum Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur. Verum Cic. verbo, Induo, & Exuo, voce actiua, vnum accusatiuum tribuit. Cic. Attic. Quare talaria induamus. Idem pro Lig. Nonne omnem humanitatem exuisses? Voce autem passiua ablatiuum. Att. Vir indutus muliebri vestitu. Tusc. Mens exuta vitijs. Aliquando etiam datiuus additur. De Fin. Ex eius spolijs sibi & torquem, & cognomen induit. Ouid. Met. Iamdudum vincula pugnat, Exuere ipse sibi.*

Lib. 10. Aen. 2. Lib. 14. Lib. 1. Lib. 2. Lib. 2. Lib. 2.

Sextus Ordo Actiuorum. Ablatiuus cum praepositione, A, vel Ab, praeter Accusatiuum.

QVaedam verba actiua, praeter accusatiuum, ablatiuum cum praepositione, A, uel Ab, postulant. Ea fere sunt, petendi, percontandi, auferendi, remouendi, abstinendi, accipiendi. Cic. Figulo: Quid acta uita, quid studia tua a te flagitent uidebis. De Orat. Quo facillius id a te exigam, quod peto; nihil tibi a me postulanti recusabo.

Lib. 4. Lib. 1.

ſabo. In Ver. Nihil eſt, quod minus ferendum ſit, quam rationem ab altero vitæ repoſcere eum, qui non poſsit ſuæ reddere.

Petendi, & percontandi.

Peto	tis	tiui vel petij	titũ	chiedere.
Poſco	ſcis	popoſci		
Repoſco	ſcis	repopoſci		richiedere.
Flagito	tas	taui	tatum	chieder cõ
Efflagito	tas	taui	tatum	inſtanza.

Poſtulo, Contendo, Exigo, Quæro.

Auferendi.

Aufero	fers	abſtuli	ablatum	togliere.
Abduco	cis	xi	ctum	menar via.
Abſtraho	his	xi	ctum	ſtaccare.
Abalieno	nas	naui	natum	alienare.
Auello	is	uulſi	uulſum	ſtrappare.

Abrado, Auoco, Eripio, Abripio, Surripio.

Remouendi.

Remoueo	es	ui	otum	rimouere.
Deterreo	es	rui	ritum	far paura.
Abſterreo	es	rui	ritum	rimouere.
Arceo	es	cui		tener lõtano
Repello	lis	puli	pulſum	ribbuttar in
Amoueo, Auerto.				dietro.

Abſtinendi.

Abſtineo	es	ui	entum	aſtenere.
Contineo	es	ui	entum	contenere.
Refræno	nas	aui	atum	raffrenare.
Cohibeo	bes	bui	bitum	

Accipiendi.

Accipio cipis cepi ceptum pigliare.
Audio dis diui ditum vdire.
Emo mis emi emptum comprare.
Conduco, Sumo, Reporto, Fero, Colligo.

Appendix I. generis.

Intelligendi verba, vt Intelligo, Cognoſco, Agnoſco, Conijcio, Diſco, præpoſitionem, ex, recipiunt. Cic. Cælio. Ea certiſſima putabo, quæ ex te cognoro. Quæ interdum imitantur alia. Vatin. Cic. Quæro illud etiam ex te. Cic. de Senect. Poma ex arboribus, ſi cruda ſunt vi auelluntur, ſi matura & cocta decidunt. Maxime, quæ ex præpoſitione, ex, componuntur, vt Expello, Eijcio, Eripio. Cic. pro Mil. Ex vrbe expelli, exterminari, eijci.

Lib. 2. Epi. Fam. lib. 5.

Appendix II. generis.

Quædam modo datiuum, modo ablatiuum cum præpoſitione habent, præter accuſatiuum, vt Surripio, Eripio, Aufero. Cic. pro Dom. Clodius pecunias conſulares a Senatu abſtulit. Verr. Id tu mihi eripuiſti, atque abſtuliſti.

Lib. 1.

Appendices III. generis.

1 *Verba petendi, percontandi, quamquam nonnulla duos accuſatiuos admittunt, vt ſupra diximus; tamen non ſtatim exiſtimabimus, ſi quæ verba, præter proprium accuſatiuum admittant hos, hoc, Illud, Iſtud, Id, Idem, Quid, Quod, Aliquid, Nihil, Multa, Vnum, atque ceteros id genus, poſſe etiam quoſuis alios admittere: nam his multo liberius, quam ceteris, veteres vtuntur. Ter. Heaut. Ego domi ero ſiquid me voles. Cic. Att. Non quo me aliquid iuuare poſſes.*

Lib. 6.

posses. Teren. Eun. Id, amabo, adiuua me. Cic. Att. Nec te id consulo. Idem in Catil. Sin tu, quod iamdudum te hortor, exieris. Lib. 7.

2 *Oro, Exoro, Obsecro, post accusatiuum personę, fere subiunctiuum postulant. Cic. de Orat. Frater exorauit meipsum, vt huc venirem.* Lib. 1.

3 *Quædam verba huius ordinis præpositionem, De, admittunt. Cic. pro Cor. Audiui hoc de patre meo puer: ita emere de Sylla &c.* Lib. 2.

De Constructione Verbi Passiui.

VErbum Passiuum est, quod Syllaba, Or, finitum, actiuum fit, R, littera abiecta, ut Amor, Amo.

Verbum Passiuum ablatiuũ cum A, vel Ab, postulat post se, qui ex nominatiuo verbi actiui fit: Ante se nominatiuum, qui fit ex accusatiuo. Cic. ad Cęcin. Liber tuus & lectus est, & legitur a me diligenter, & custoditur diligentissime. Quare cum actiua, passiuis permutantur, accusatiuus in nominatiuum migrat; nominatiuus in ablatiuum cum præpositione A, vel Ab, ut legi librum tuum; liber tuus lectus est a me. Ceteri casus integri manent. Lib. 6.

Primi Ordinis.

Amor	aris	atus	sum	esser amato.
Diligor	geris	ectus	sum	
Legor	geris	lectus	sum	esser letto.

Secundi Ordinis.

Accusor	aris	atus	sum	esser accusato.

Cicer. pro Clu. Maie

ſtatis ab-ſoluti ſunt multi.

Abſoluor	eris	lutus	ſum	eſſer aſſoluto.
Damnor	aris	atus	ſum	eſſer dannato.

Tertij Ordinis.

Tribuor	eris	utus	ſum	eſſer dato.
Concedor	eris	eſſus	ſum	eſſer conceſſo.
Adhibeor	eris	bitus	ſum	eſſer poſto.

Cicer. ad Oct. Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tã faciunt dolorem, quam quæ ſunt ſalutaria.

Quarti Ordinis.

Doceor	eris	ctus	ſum	eſſer ĩſegnato.
Moneor	eris	nitus	ſum	eſſer ãmonito.
Flagior	aris	atus	ſum	eſſer chieduto con inſtãza.

Hic, ubi uerbũ geminum accuſatiuum poſtulat, mutatur in nominatiuum; qui præſtantior eſt, hoc eſt, qui perſonam ſignificat; altero permanente, ut Doceo Antonium litteras: Antonius docetur a me litteras.

Quinti Ordinis.

Induor	eris	utus	ſum	eſſer veſtito.
Exuor	eris	xutus	ſum	eſſer ſpogliato
Priuor	aris	atus	ſum	eſſer priuato.

Cicer. pro Rab. Poſt. Demetrius aſpide ad corpus admota, vita priuatus eſt.

Sexti Ordinis.

Audior	iris	ditus	ſum	eſſer vdito.
Quæror	reris	ſitus	ſum	eſſer dimãdato.
Emor	eris	emptus	ſum	eſſer comprato.

Cum uerbum poſt accuſatiuũ admittit ablatiuum perſonæ, ſi actiua paſſiuis permutentur, perturbatur ſenſus, vt Aufero a te veſtem: Veſtis aufertur a me a te. Accipio a te litteras: Litteræ accipiuntur a me a te. Ideo faciendum eſt, vt ambiguitas vitetur, ſic: Veſtis aufertur a me tibi: Litteræ tuæ accipiuntur a me.

Appendix II. generis.

De Clar. Orat.

Verba paſſiua nonnumquam dandi caſum, pro auferendi, more Græcorum, admittunt. Cicer. Auditus

tus est nobis Lælij Caij filij sæpe sermo: Idque ferme apud Poetas. Ouid. de Ponto: Quum toties eadem dicam, vix audior vlli. Interdum accusatiuum, addita prepositione, per. Cic. Att. Id assequetur, si per Prætores, Consules creantur. Lib. 3. Lib. 2.

De Constructione Verbi Neutri.

VErbum neutrum est, quod in um, vel o, literis finitum ex se passiuum personale non gignit, ut sum, sto, seruio: neque enim dicitur, stor, aut seruior.

Primus Ordo Neutrorum. Vtrinque nominandi casus.

OMne verbum neutrum, præsertim uero substantiuum, Vtrinque nominatiuum habere potest, cum utrumque nomen ad eandem rem pertinet. Ter. Phorm. Senectus ipsa est morbus. Cic. Att. Ego viuo miserrimus. Lib. 4.

Sum	es	fui		essere.
Viuo	ui	xi	ctum	uiuere.
Venio	nis	ni	ntum	uenire.

Appendices I. generis.

1 *Non solum verba neutra, sed omne verbum personale finiti modi, vtrinque nominatiuum habere potest, cum vtrumque nomen ad eamdem rem pertinet. Cic. Off. Liber qui inscribitur Lælius. Idem pro Cor. Audiui hoc de parente meo puer.* Lib. 3.

2 *Huc præsertim pertinent verba, quę vocatiua appellantur, cuiusmodi sunt, Appellor, Vocor, Nuncupor,*

cupor, Nominor, Dicor, & si quæ sunt generis eiusdem, vt Feror, pro Dicor, Videor &c. Cic. de Orat. Septem fuisse dicuntur vno tempore, qui sapientes, & haberentur, & vocarentur. Virg. Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam, Posthabita coluisse Samo; hoc est, dicitur.

Lib. 3.

Æneid. 1.

Appendices II. generis.

1 *Si duo illa nomina non sunt eiusdem numeri, aut personæ, verbum concordat cum eo nomine, quod est basis, & quasi fundamentum orationis. Luc. Sanguis erant lachrymæ. Pli. Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ.*

Lib. 9.

Lib. 33.

2 *Etiam verbum personale infiniti modi, post se nominatiuum petit, cum res ad nominatiuum præcedentis verbi pertinet. Cic. de Nat. Deor. Nolo esse longior. Ter. Adelph. Meditor esse affabilis. Quod frequentissimum est in verbo, Videor. Cic. de Clar. Or. Videor iam te ausurus esse appellare. De Fin. Hostiliam dico, non hanc nouam, quæ mihi minor esse videtur, posteaquam est maior. Verbum enim videor fere post se nominatiuum, siue addatur, siue omittatur infinitum postulat eiusdem numeri, & personæ: neque enim dicimus, mihi videtur me sperare. Tibi videtur te posse consequi. Mihi videtur hanc esse repugnantiam, sed vt Cic. de Am. Quo in genere sperare videor. Idem Tiron. Si videris tibi me posse consequi. Off. Induxit eam, quæ videretur esse, non quæ esset, repugnantiam. Interdum tamen impersonaliter vsurpatur. De Sen. Nunc autem mihi visum est de senectute aliquid ad te scribere. Quod tamen accidit, cum non tã opinio, aut sententia, quam* volun-

Lib. 1.

Lib. 5.

Lib. 16.

Lib. 1.

voluntas, & inductio animi significatur, ac fere pro placuit, ponitur. Visum est ad te scribere, hoc est mihi placuit ad te scribere: Aut cum nullo pacto nominatiuo locus esse potest, vt mihi videtur Deo seruiendum.

3 *Si verba, Puto, Aio, Refero, & alia eiusdem significationis infinitum praecedant, durior efficitur oratio. Luc. Tutumque putauit iam bonus esse socer.* Lib. 9. *Catul. Ait fuisse nauium celerrimus. Ouid. Met.* Lib. 13. *Sed enim quia rettulit Aiax esse Iouis pronepos. Orator dixisset, Se bonum esse socerum, & cetera eodem modo.*

4 *Si accusatiuus antecessit, & sequatur necesse est. Cic. in Cat. Cupio me esse dementem. Curtius etiam* Orat. 1. *dixit: Octoginta talenta constituit daturum, pro se* lib. 8. *daturum, quod non videtur a tironibus imitandum.*

Appendices III. generis.

1 *Infinitum, esse, accedente verbo, Licet, dandi, vel accusandi casum, post se postulat. Cic. Tuscul. Licuit* Lib. 1. *esse otioso Themistocli, licuit Epaminondae. Pro Flacco: Cur his per te frui libertate, cur denique esse liberos non licet?*

2 *Infinitum, esse, cū ceteris verbis, quae datiuo gaudent, fere accusatiuum habet. Ter. Heaut. Expedit bonas esse nobis. Quint. Tamen dixit: Cui esse diserto vacet.* Lib. 11. *Valerius: Sibi postea, & ciui & duci euadere contigit. Et alibi: Sylla chlamydato sibi, & cre* Lib. 5. *pidato, Neapoli ambulare, deforme non duxit.* Lib. 3. *Ouid. Met. Vobis immunibus huius esse mali datur.* Lib. 8. *Hor. ad Pisones: Mediocribus esse Poetis non homines, non Dij, non concessere columnae.*

Secundus Ordo Neutrorum. Genitiuus post Verbum.

QVędam verba neutra, post se genitiuum pętunt. Cic. ad Cœl. Iam me Pompeij totum esse scis. Ter. Heaut. Clinia rerum suarũ satagit.

Sum es fui esere.
cum possessionem significat.
Satago gis egi far con diligentia.
Memini isti ricordarsi.

Lib. 1. Lib. 2. Phil. 7. Lib. 2.

Egeo ges gui } hauer bisogno.
Indigeo ges gui }

Ci. At. Egeo cõ filij. In Anton. Hoc bellũ indiget celeritatis.

Appendix I. generis.

Meminit pro Recordor, tum genitiuum, tum accusatiuum postulat. Cic. de Sen. Omnia, quæ curãt senes meminerunt. Terr. Eun. Faciam vt mei semper memineris. Pro mentionem facio, cum genitiuo, vel ablatiuo & præpositione, De, iũgitur. Quint. Neque omnino huius rei meminit vsquam Poeta. Idem, ibidem: De quibus multi meminerunt.

Lib. 11.

Tertius Ordo Neutrorum. Datiuus post Verbum.

QVædam uerba neutra post se dandi casum postulant. Ea fere auxilium, cõmodum, incommodum, fauorem, studium significant. Datiuo item adhæret verbum, sum, cum habere significat, & eius composita. Multa præterea, quæ obsequium, obedientiam, submissionem, repugnantiam significant. Multa denique composita ex verbis neutris, & prępositionibus, Ad, Con,

In, Inter, Ob, Præ, Sub. Cic. in Verr. Homini iam perdito, & collum in laqueum inserenti subuenisti.

Lib. 6.

Auxiliandi.

Subuenio	nis	ni	entum	souuenire.
Succurro	ris	ri	rsum	soccorrere.

Commodandi.

Consulo	lis	lui	ultum	prouedere.
Prouideo	des	di	sum	prouedere.
Incõmodo	das	daui	datum	dar disagio.
Doleo	les	lui	dolitũ	dolere.

4. in Catil. Consulite uobis Prospicite patriæ.

Pla. Mos. Cor dolet mihi.

Fauendi.

Faueo	ues	ui	fautum	fauorire.
Studeo	des	dui		fauorire.

De Cla. Ora. Tibi fauemus, te tua frui virtute cupimus.

Studendi.

Studeo	des	dui		studiare.
Vaco	cas	aui	atum	attendere.

Secundo de Orat. cũ ita Balbus esset Demosthenes, ut eius ipsius artis cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, vt nemo planius eo loquutus putaretur.

Composita ex verbo, sum.

Absum	abes	absui	esser lontano.
Adsum	ades	adsui	esser presente.

1. de leg. Abest em. Historia litteris nostris.

Obsequendi.

Inseruio	is	uiui	uitũ	accomodarsi.
Indulgeo	es	lsi	ltum	accomodarsi.

De Am. sed obsequiũ multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit.

Obe-

Obediendi.

Pro Sext. Rof. Mihi aufculta, Vide,&c.

Obedio	is	iui	itum	obedire.
Aufculto	tas	aui	atum	

Submittendi.

De Pro. Conf. Nõ pareo dolori meo, non iracundiæ feruiam.

Seruio	uis	uiui	uitum	feruire.
Cedo	dis	ceffi	ceffum	cedere.

Repugnandi.

Pro Mil. Miloni facinoris fufpicio, non facti crimen obftat.

Obfto	ftas	ftiti	ftitũ	effer cõtrario.
Repugno	gnas	aui	atum	ripugnare.

Compofita ex præpofitionibus.

In Pifon. Nemo tibi in curiam venienti amplius affurrexit.

Affurgo	gis	rexi	rectũ	leuarfi ĩ piedi.
Impendeo	des	pendi	nfum	fouraftare.

Appendices I. generis.

1 *Sunt multa verba, quæ locis communibus comprehendi minime poffunt; neque ij loci, quibus vfi fumus, placent: nam verba quamplurima neceffario funt excipienda, fi rem diligentius infpicias. Ideo vifum eft non inutile, neutra, quę datiuum admittunt, litterarum ordine recenfere: non vt memoriæ a pueris mandentur, fed ut crebrius legantur: vt,*

Abfum, Acclamo, Accumbo, Accubo, Accrefco, Accedo tibi, & tuæ fententiæ, ideft affentior, accedit hoc meis malis, pro additur, Acquiefco, Adfum, Adhæreo, Adhærefco, Allaboro, Adequito, Adno, Adnato, Affulgeo, Antecedo, Antecello, Anteeo, Antefto, Appareo, Applaudo, Appropinquo, Arrideo, Affifto, Affideo, Affuefco, Affurgo,

Affe-

Assevero, Ausculto, pro Obedio, Bene cupio, Benedico, Benefacio, Benigne facio, Beneuolo, Caueo, Consulo, pro Prospicio, Confido, Consentio, Consuesco, Commodo, pro Prosum, Cedo, pro locum do, Detraho, Despero, Deseruio, Desum, Deficio, Displiceo, Dissentio, Diffido, Excello, Fido, Faueo, Hæreo, Illudo, Indulgeo, Insum, Insulto, Inhio, Incumbo, pro Innitor, Inseruio, Insusurro, Insisto, Ignosco, Illacrymo, Incommodo, Indormio, Incumbo, Illuceo, Impono, pro Decipio, Impendo, Immineo, Inhæreo, Ingemisco, Inuideo, Inno, Insto, Insuesco, Insideo, Interuenio, Interiaceo, Intersum, Intercedo, idest Oppono me, & Impedio, Interdico, pro repugno, Maledico, Male volo, Malefacio, Metuo, vt tibi amice. Metuo, hoc est, ne aliquod tibi eueniat incommodum, Nubo, Noceo, Obedio, Obequito, Obsecundo, Obsum, Obtempero, Obsto, Obsisto, Obtrecto, Obrepo, Occurro, Occurso, Officio, Placeo, Parco, Pareo, Præsto, Præsum, Præcurro, Præeo, Præcello, Præluceo, Præsideo, Prouideo, Prospicio tibi, idest Consulo tibi, Proficio, Prosum, Proximo, Recipio tibi, idest Promitto, Renuncio, idest abstineo & alieno me, Reclamo, Repugno, Resisto, Respondeo, pro satisfacio, Subiaceo, Succurro, Succedo, Succresco, Succlamo, Suboleo, Subrepo, Succumbo, Subsum, Subseruio, Subscribo, idest assentior, Sufficio, idest par sum, Seruio, Supersum, Satisfacio, Studeo, Supplico, Timeo amico, Tempero, pro abstineo, Vaco, idest operam do.

2 *Sum, modo datiuum vnum habet. Cic. Att. Sed nunciant melius esse ei, Modo duos. Idem Att. Re-* Lib. 6. Lib. 3.

spondebo

ſpondebo primum poſtremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ moleſtiæ fuit.

3 *Incumbo, cum ad ſtudium refertur, accuſatiuum cum præpoſitione, In, vel Ad, poſtulat.* Cic. de Orat. *Quamobrem pergite vt facitis Adoleſcentes atque in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite.* ad Planc. *Mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem.*

Lib. 1.

Lib. 10.

4 *Conſulere alicui, non eſt conſilium dare; ſed proſpicere.* Cic. in Cat. *Conſulite vobis, proſpicite patriæ. Conſulere aliquem, eſt, conſilium ab aliquo petere.* Cic. in Verr. *Nunc ego Iudices, iam vos conſulo, quid mihi faciendum putetis.*

Orat. 4.

Lib. 4.

Appendices II. generis.

1 *Antecedo, Anteeo, Anteſto, Anteuerto, Attendo, Præſto, Præcurro, Præeo, Illudo, dandi, vel accuſandi caſum admittunt.* Cic. de Fin. *Virtus tantum præſtat ceteris rebus, vt dici vix poſſit.* Liu. *Robore nauium, & virtute militum Romani Rhodios præſtabant.*

Lib. 4.

Bel. Mac. 7.

2 *Interdico ſingulare eſt, nam præter datiuum, ablatiuum habet.* Cæſar Bell. Gal. *Ariouiſtus omni Gallia Romanis interdixit. Item accuſatiuum.* Liu. *Fœminis dumtaxat vſum purpuræ interdicemus.*

Lib. 3.

Bel. Mac. 4.

3 *Quædam prçterea datiuum ſimul, & accuſatiuum admittunt, vt Metuo tibi calamitatem, Inuideo tibi laudem.* Cic. Tuſc. *Vt nobis optimam naturam inuidiſſe videantur.* Auct. ad Heren. *Ab inimico ſibi periculum metuebat.*

Lib. 3.

Lib. 1.

Appendices III. generis.

1 *Vaco, ideſt operam do, rarius vſurpandum videtur: nam, vacare, apud elegantes ſcriptores, fere eſt,*

va-

vacuum esse, & ablatiuo iungitur. Cic. Off. Nulla vitæ pars vacare officio potest. Nam, locus ille ex tertio de Orat. Athenis iamdiu doctrina ipsorum Atheniensium interijt. Domicilium tantum in ea vrbe remanet studiorum, quibus vacant ciues, peregrini fruuntur, a nobis est, Quibus, enim, vt locus ipse declarat, ablatiuus est, &, Vacat, vacuum esse significat. Primo autem de Diuin. Ego vero philosophiæ, Quinte, semper vaco, Philosophiæ, est datiuus communis: atq; ita dixit, Philosophiæ vaco, ac si dixisset, Philosophiæ causa vacuus sum: Quod uerba, quæ proxime antecedũt, incidant: Ita tamen si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni præuertendũ putes.

Lib. 1.

2 *Despero, cum accusatiuo iungitur. Cæs. Desperare fugam, & cum datiuo. Cic. in Pisonem: Quidquid tu toties diffidens, ac desperans rebus tuis. Allatro, Præcedo, Anteuenio, Deficio, frequentissime cum accusatiuo iunguntur, raro cum datiuo. Insulto, frequenter datiuo iungitur, rarius accusatiuo. Nubo non solum datiuum, sed etiam ablatiuum cum præpositione, Cum, postulat. Cic. Caton. Quo cum esset nupta Regis Armeniorum soror.*

Bel. Gal. 1.

3 *Sunt præter ea, quæ supra elementorum ordine numerauimus, & alia fere poetica, Aduigilo, Adfremo, Bello, Certo, Contendo, Concurro, Colludo, Constrepo, Dissideo, Insurgo, Inuigilo, Insideo, Lateo, Indoleo, Immurmuro, Inserpo, Intercurro, Occumbo neci, morti, Obambulo, Obmurmuro, Resilio, Pugno, Remurmuro. Plin. ad Rom. Certo, more Poetarum, cum datiuo iunxit, in descriptione cuiusdam fontis, Rigor, inquit, aquæ certauerit niuibus, neque color cedit.*

Lib. 8.

Virg.

Eclog. *Virg. Buc. Montibus in nostris solus tibi certet Amintas.*

Quartus Ordo Neutrorum. Accusatiuus post Verbum.

QVædam verba neutra post se accusatiuum postulant. Ea fere ad res mutas pertinẽt, ut, Aro terrã: vel sunt ea verba, quibus res verbi additur, ut Viuo uitam, aut mensuram, ut Curro stadium. Alia præterea verba huc reuocantur. Ter. Adelph. Ego illius sensum pulchre calleo.

Quæ ad res mutas pertinent.

Aro	as	aui	atum	arare.
Planto	as	aui	atum	piantare.
Rigo	as	aui	atum	adacquare.
Poto	as	aui	atum	potare.
Sero	ris	seui	satum	seminare.

Pastino, Occo, Ablaqueo, Vindemio, Meto.

Verba, quibus res verbi additur.

Viuo	uis	xi	ctum	uiuere.
Pugno	as	aui	atum	cõbattere.
Curro	ris	cucurri	cursum	correre.
Seruio	uis	uiui	uitum	seruire.

Alia Verba.

Exhalo	as	aui	atum	esalare.
Erubesco	is	bui		arrossire.
Crepo	as	ui	itum	far romore.
Calleo	les	llui		esser pratico.

Doleo, Horreo, Ingemo, Inclamo, Maneo, Mẹreo, Obstupesco, Roro, Sono, Sudo, Stupeo, Odi, Cœpi, Memini.

Quin-

Quintus Ordo Neutrorum. Ablatiuus post Verbum.

QVædam verba neutra post se ablatiuum petunt. Eiusmodi est, Sum, cum laudem & uituperationem significat, & nonnulla alia. Cic. Lent. Tu fac animo forti, magnoque sis: & ad Q. Fratrem; Incredibile est mi frater quam egeam tempore.

Lib. 1. Lib. 3.

Gaudeo	des	uisus	sum	rallegrarsi.
Doleo	les	lui	litum	dolersi.
Mœreo	res	stus	sum	star malinconico.
Egeo	ges	gui		hauer bisogno.
Indigeo	ges	gui		hauer bisogno.
Careo	res	rui		hauer mācamē
Vaco	cas	aui	atum	hauer mācamēto.
Victito	tas	taui	tatum	andar viuendo.
Viuo	uis	xi	ctum	uiuere.
Supsedeo	des	edi	essum	trattenere, & indugiare.
Mano	nas	aui	atū	scaturire, & correre.
Fluo	fluis	xi	xum	scaturire, & correre.

cum refertur ad flumina.

Laboro ras aui atum patire.

Plaut. Most. Victitāte parsimonia, & duritia.

De Diu. 1. Quid? qd fluuius atratus sanguine fluxit.

Affluo, Diffluo, Circumfluo, Valeo, Possum, Consto, Sto pro Obtemperare. Cic. pro Cluent. Et si vterque Censor Censoris opinione standum putauit. Redundo, Scateo.

Cæs. lib. Bel. Ciu. Maxime re frumentaria laborant.

Appendices I. generis.

1 Sum, interdum genitiuum habet, etiam cum laus, vel vituperatio significatur, Cic. pro Sext. Nimium

mium me timidum, nullius animi, nullius consilij fuisse confiteor.

2 *Egeo, Indigeo etiam casum interrogandi admittunt, vt supra diximus.*

Appendices II. generis.

1 *Neutra sæpe ablatiuum admittunt significãtem partem. Cic. de Orat. In me ipso sæpissime experior, vt exalbescam in principijs dicendi, & tota mente, atque omnibus artubus contremiscam.*

Lib. 2.

2 *Hoc genere loquendi frequentius vtuntur Poetæ, qui ablatiuum etiam in accusatiuum mutare consueuerunt. Hor. Epist. Animoque, & corpore torpet. Idem Saty. Tremis ossa pauore.*

Appendices III. generis.

1 *In verbo, Sum, non semper quæ ablatiuo efferuntur, genitiuo efferri possunt, cuiusmodi ea sunt, Animo bono, virili, præsenti, vacuo esse. Item illa, Capite, superciliis semper est rasus. Mira sum alacritate ad litigandum, &c. Alia contra, genitiuo potius, quam ablatiuo efferuntur. Ter. And. Nullius consilij sum. Suet. in August. Cibi minimi erat, ac fere vulgaris.*

2 *Consto, & Laboro frequentissime præpositionẽ, ex, admittunt. Cic. Tusc. Cum constemus ex animo, & corpore: quo modo fere loquitur Cicero. Laborare ex desiderio, ex renibus, ex intestinis, ex pedibus, ex inuidia, Tulliana sunt.*

Lib. 3.

3 *Pendere animis, numero multitudinis, dixit Cic. Tusc. Quod si expectando, & desiderando penderemus animis cruciamur, angimur. Cum vero singulari numero vtimur, Genitiuo locus est. Idem de leg. Ego animi pendere soleo.*

Lib. 1.

Lib. 1.

Se-

Sextus Ordo neutrorum. Ablatiuus cum præpositione post Verbum.

QVædam verba neutra, vt passionem significant, ita passiuorum more construuntur.

Q. Rogatus an ab eo fustibus uapulasset. Idem: Fabritius respondit, a Ciue se spoliari malle, quam ab hoste venire. Lib. 9. Lib. 11.

Vapulo	las	laui	latum	esser battuto.
Veneo	nis	nij	uentũ	esser venduto.
Fio	fis	factus	sum	esser fatto.

Appendices I. generis.

1 *Fio eleganter cum ablatiuo iungitur sine præpositione, sed alia significatione. Ter. And. Nunc primũ audio, quid illo factum sit. Ibidem: Quid me fiet?*

2 *Participium, Futurus, eodem sensu, eundem casum postulat. Ter. Heaut. Quid me futurum censes?*

3 *Iunguntur etiam cum datiuo. Cic. in Ant. Vide quæso Antoni, quid tibi futurum sit. Plaut. Bacc. Quid mihi fiet postea?* Philip. 2.

Appendix II. generis.

Exulo & Liceo prætermissimus, quod non dum ea cum ablatiuo personæ agentis legerimus. Verbum, Facio, eodem modo vsurpatur a doctis, quo, Fio. Cic. Ver. Quid hoc nomine faciatis? Idem pro Cæcin. Quid tu huic homini facias? Lib. 3.

De Constructione Verbi Communis.

VErbum commune est, quod, or, syllaba tantum finitum, actiui simul, & passiui significationem habet: quamquam pauca repetiuntur

hodie verba, quæ præsenti tempore, ac præterito imperfecto in utrâque partem dicantur. Participia præteriti temporis, & uerba, quę inde nascuntur usitatoria sunt. Ea uero, passiua significatione, passiuorum more sextum casum admittunt. Liu. Lib. 7. Dec. 4. Omnis ora maritima ab Acheis depopulata erat. Actiua uero significatione, leges fere Actiuorum sequuntur. § lito.

Aggredior eris essus sum assalire, & esser assalito. Cicer. ad Nep. ex Prisc. libr. octauo, hoc restiterat etiam, vt a te fictis aggrederer donis.

Dimetior iris ensus sum misurare & esser misurato. Cicer. de sen. a quo essent illa dimensa, & descripta.

Hortor aris atus sum essortare, & esser essortato. Varro apud Prisc. ab amicis hortaret.

Depopulor aris atus sum saccheggiare, & esser saccheggiato.

Experior iris ertus sum prouare, & esser prouato, Liu. lib. 45. Amicum ab ipso per tot casus expertum.

Aspernor aris atus sum spregiare, & esser spregiato. Cicer. ad Nepot. ex Prisc. Qui habet, ultro appetitur: qui est pauper aspernatur.

Meditor aris atus sum pensare auanti, & esser pensato. Terent. Phor. Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.

Dignor aris atus sum reputar degno, & esser reputato. Cic. 2. de Inuen. obseruantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedente, cultu quodam, & honore dignantur.

Admo-

Admonitio.

Tirones, maxime præsenti tempore, & imperfecto, a verbis communibus significatione passiua, quo ad eius fieri poterit, abstinebunt: Participijs vtantur licebit ijs, quæ a classicis auctoribus vsurpata repererint.

De Constructione Verbi Deponentis.

VErbum Deponens est, quod, or, syllaba tantum finitum, actiui, uel neutri significationem habet, vt Sequor, Vtor, Morior.

Primus Ordo Deponentium. Genitiuus post Verbum.

QVædam verba deponentia post se genitiuum casum ascifcunt. Cic. Att. Qui misereri mei debent, non desinunt inuidere. Lib. 4.

Misereor	eris	ertus	sum	hauer misericordia.
Obliuiscor	eris	oblitus	sum	scordarsi.
Recordor	aris	atus	sum	recordarsi.
Reminiscor	eris			recordarsi.
Potior	tiris	titus	sum	conseguire, e godere.

Appendix I. generis.

Obliuiscor, Recordor, Reminiscor, etiam accusatiuum postulant. Cic. in Ant. Omnia obliuiscor, in gratiam redeo. Phil. 8.

Appendix II. generis.

Misereor interdum dandi casum postulat. Sen. Misereor tibi puella. Lib. 1. Contr.

Secundus Ordo Deponentiuum. Datiuus post Verbum.

QVædam verba deponentia post se datiuum exigunt. Ea fere adulationem significant;

eaque omnia, quæ verba neutra tertij ordinis. Cic. pro Sulla: Ego uero quibus ornamentis aduerſor tuis.

Adulor	aris	atus	ſum	adulare.
Aſſentor	taris	atus	ſum	
Adnaſcor	eris	atus	ſum	naſcere appſſo
Aduoluor	eris	lutus	ſum	auuolgerſi.
Ancillor	atis	atus	ſum	far ſeruitù.
Aſſentior	tiris	enſus	ſum	acconſentire.
Auxilior	aris	atus	ſum	aiutare.
Blandior	diris	ditus	ſum	accarezzare.
Gratulor	laris	latus	ſum	congratularſi.
Gratificor	caris	catus	ſum	far ſeruitio.
Illacrymor	maris	atus	ſum	lagrimare inſieme.

Adſtipulor, Famulor, Illabor, Immorior, Iraſcor, Innitor, Lenocinor, Morigeror, Medicor, Medeor, Moderor, Obſequor, Obluctor, Obuerſor, Oborior, Obnitor, Obloquor, Obiraſcor, Obuerſor, Palpor, Patrocinor, Præſtolor, Reluctor, Refragor.

Appendices II. generis.

1 *Præſtolor, Adulor, Medicor, etiam accuſatiuo iunguntur. Ter. Eun. Quem præſtolare hic Parmeno? Cic. in Piſon. Sine vlla ſpecie conſulari horrentem, trementem, adulantem omnes videre te volui; vidi. Plaut. Moſt. Ego iſtum lepide medicabor metum.*

Lib. 6. 2 *Indignor, cum Accuſatiuo rei, iungitur. Quint. Quidam indignantur imperia, quoſdam continet metus.*

Ap-

Appendix III. generis.

Multi, verbo, Dominor, dandi casum tribuunt: in locis tamen, quæ afferuntur, casus non proprius, sed communis videtur. Itaque malim vti ablatiuo, cum præpositione, In, Quod frequentissimum est apud bonos auctores. Cic. pro Cæcin. Denique nimia ista, quæ dominatur in Ciuitate potentia. Aut accusatiuo cum eadem præpositione. Idem de Senect. Senectus honesta est, si vsque ad extremum dominatur in suos.

Tertius Ordo Deponentium. Accusatiuus post Verbum.

QVędam verba deponentia post se accusandi casum postulant. Cic. Att. Hi quidem mera scelera loquuntur. Lib. 9.

Abominor	aris	atus	sum	abominare.
Adipiscor	eris	eptus	sum	acquistare.
Adorior	iris	ortus	sum	assaltare.
Admiror	aris	atus	sum	merauigliarsi.
Admetior	tiris	mēsus	sum	misurare.
Aemulor	aris	atus	sum	emulare.
Aggredior	eris	essus	sum	cominciare & assalire.
Alloquor	eris	utus	sum	abboccarsi.
Assequor	eris	utus	sum	arriuare.
Auguror	aris	atus	sum	augurare.

Architector, Asperior, Auspicor, Aucupor, Aduersor, Calumnior, Comitor, Cōmentor, Cōmereor, Cōminiscor, Cōsolor, Cōsequor, Cōtēplor, Cohortor, Cōfiteor, Conspicor, Cōqueror, Consector, Contestor, Contueor, Conor, Demereor, Demoror, Demolior, Demetior, Demiror, Deprecor, Depopulor, Depeculor, Detestor, Dignor,

Diffiteor, Dilargior, Dispartior, Emetior, Ementior, Eloquor, Execror, Exequor, Exhortor, Exordior, Fateor, Fabulor, Fabricor, Fęneror, Frustror, Fruor, Hortor, Helluor, Iaculor, Imitor, Imprecor, Impertior, Inficior, Insequor, Insector, Intueor, Lamentor, Loquor, Lucror, Ludificor, Machinor, Meditor, Mentior, Mercor, Mereor, Metior, Minor, Minitor, Miseror, Moderor, Molior, Moror, Muneror, Mutuor, Nanciscor, Nūdinor, Nutrior, Obliuiscor, Obtestor, Ominor, Opinor, Opperior, Ordior, Patior, Paciscor, Partior, Percontor, Periclitor, hoc est experior, Prosequor, Pigneror, Polliceor, Populor, Precor, Prædor, Præmeditor, Præstolor, Profiteor, Prosequor, Quero, Rimor, Recordor, Reor, Remoror, Scitor, Sciscitor, Scrutor, Sequor, Speculor, Solor, Suspicor, Testor, Testificor, Tueor, Tutor, Veneror, Vereor, Vlciscor.

Quartus Ordo Deponentium. Accusatiuus cum Datiuo post Verbum.

QVædam verba deponentia præter accusatiuum datiuum admittunt. Cic. in Ant. Grætia tendit dexteram Italiæ, suumq; ei præsidium pollicetur.

Phil. 12.

Largior	iris	itus	sum	dare.
Polliceor	eris	itus	sum	promettere.
Loquor	eris	cutus	sum	parlare.
Minor	aris	atus	sum	minacciare.
Minitor	aris	atus	sum	minacciare.
Admetior	iris	ensus	sum	misurare.
Remetior	iris	ensus	sum	rimisurare.

Assen-

Assentior	iris	ensus	sum	acconsentire.
Gratulor	aris	atus	sum	congratularsi.
Gratificor	aris	atus	sum	far piacere.
Furor	aris	atus	sum	robbare.

Appendix I. generis.

Furor, etiam ablatiuum cum præpositione, A, vel Ab, recipit. Cic. Att. Si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres. Lib. I.

Quintus Ordo Deponentium. Accusatiuus cum Ablatiuo post Verbum.

QVædam Verba deponentia præter accusatiuum, ablatiuum sine præpositione admittunt. Virg. Haud equidē tali me dignor honore. Aen. I.

Dignor	aris	atus	sum	reputar degno
Muneror	raris	atus	sum	presentare.
Remuneror	aris	atus	sum	rimunerare.
Prosequor	eris	utus	sum	portarsi.

Refertur ad animi affectionem, vt prosequor te amore, beneuolentia, &c.

Cic. Var. lib. 9. Vt possem te remunerari, quam simillimo munere.

Sextus Ordo Deponentium. Ablatiuus cum præpositione præter, Accusatiuum post Verbum.

QVædam verba deponentia præter accusatiuum, ablatiuum cum præpositione, A, uel Ab, postulant. Cic. pro Sulla: Quam multorum hic uitam est a L. Sulla deprecatus.

Percontor	taris	tatus	sum	dimandare.
Scitor	aris	atus	sum	
Sciscitor	aris	atus	sum	
Mercor	aris	atus	sum	cōperare. §do.
Deprecor	aris	atus	sum	diuertir pregā

Cicer. In Ver. Iam q tot scelera cōmisit, is nul-

Iam a ſeſe calamitate poterit deprecari. Lib.1.

Appendix I. generis.

Percontor, & Scisſcitor, etiam ablatiuum cũ præpoſitione, Ex, admittunt. Cic. de Nat. Deor. Epicuri ex Velleio, ſciſcitabar ſententiam. Idem de Clar. Or. Cum Theophraſtus percontaretur ex anicula quanti illud venderet.

Septimus Ordo Deponentium. Ablatiuus poſt Verbum.

QVædam verba deponentia poſt ſe ablatiuũ poſtulant. Cic. pro Sex. Roſc. Commoda quibus utimur, lucemque, qua fruimur, ſpiritumque, quem ducimus, a Deo nobis dari, atque impertiri videmus.

Veſcor	eris			cibarſi.
Potior	tiris	titus	ſum	conſeguire.
Delector	taris	tatus	ſum	delettarſi.
Fruor	eris	itus	ſum	godere.
Glorior	aris	atus	ſum	gloriarſi.
Oblector	ctaris	atus	ſum	prẽderſi piacere.
Lætor	taris	atus	ſum	rallegrarſi.
Fungor	geris	functus	ſum	fare.

Refertur fere ad officium.

Defungor	geris	functus	ſum	finir di fare.
Abutor	eris	uſus	ſum	ſeruirſi male.
Vtor	eris	uſum	ſum	ſeruirſi.

Appendix I. generis.

Lib. 1. *Potior, etiã caſum interrogandi admittit, vt paullo ante diximus. Cic. Lent. Otium nobis exoptandum eſt, quod ij, qui potiuntur rerum præſtaturi uidentur.*

Appendices II. generis.

1 *Nitor, Glorior, prępoſitionem interdum admittunt.*

tunt. Cicer. pro Mil. In eius uita nititur salus ciuitatis.

2 *Periclitor, cum ad periculum discrimenque refertur, ablatiuum etiam postulat. Mart. Periclitatur capite Sosades noster. Cum experiri significat, accusatiuum petit. Cic. pro Quin. Omnia circunspexit Quintius, omnia periclitatus est.* Lib. 6.

Appendices III. generis.

1 *Potior, Vescor, Fungor, non raro accusatiuo adhærent. Ter. Adelph. Ille alter sine labore patria potitur commoda. Cic. in Ant. Vincamus odium, pacemque potiamur.* Phil. 13.

2 *Item, Vtor, apud priscos. Plaut. Casin. Cetera quæ uolumus uti, Græca mercamur fide.*

3 *Abutor, apud Comicos sæpe accusatiuum habet. Ter. And. Nam in prologis scribundis, operam abutitur.*

De Constructione Verbi Impersonalis.

Verbum Impersonale est, quod prima, & secunda persona vtriusque numeri, & tertia multitudinis, fere priuatur: vnde, & nomen traxit, vt Pudet, Pęnitet.

Primus Ordo Impersonalium.

Quædam verba impersonalia absolute ponuntur. Cic. de Diu. Si fulserit, si tonuerit.

Fulget	bat	lsit	balenare.
Tonat	bat	nuit	tonare.
Ningit	ebat	ninxit	neuicare.
Fulgurat	bat	auit	fulgurare.

Grandi-

Grandinat	bat	auit	grādinare.
Pluit	ebat	pluit, vel pluit	piouere.

Appendices I. generis.

1 *His tamen interdum nominatiuus additur. Cic. in Or. Pericles ab Aristophane Poeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus est.*

2 *Pluit accusatiuum, aut ablatiuum non respuit.* Bel. Pun. Lib. 10. *Liu. Sanguinem pluisse per biduum in area Concordiæ satis credebant. Idem: Nunciatum est in monte Albano lapidibus pluuisse.*

Secundus Ordo Impersonalium.

QVædam verba impersonalia ante se nominatiuum, vel aliquam orationis partem, præsertim uero infinitum, loco nominatiui, postulant, post se genitiuum. Cic. ad Q. Frat. Lib. 2. Hoc vehementer interest Reip. Idem de Fin. Interest omnium recte facere.

Est	erat	fuit	} appartenere.
Interest	erat	fuit	
Refert	bat	tulit	

Appendices I. generis.

1 *Interest, & Refert, hos ablatiuos habent, mea, tua, sua, nostra, & vestra. Cic. Tiron.* Lib. 16. *Et tua, & mea maxime interest te valere.*

2 *Cuia, vel cuius interest, dicitur. Cic. pro Var. Ea cædes, si potissimum crimini datur, detur ei, cuia interfuit. Idem in Ant.* Phil. 1. *Quis enim est hodie, cuius interfit istam legem manere?*

3 *Verbum, Est, pro ablatiuis, mea, tua, sua, nostra, & vestra; habet, meum, tuum, suum, nostrum, & vestrum. Cic. ad Cæcin.* Lib. 6. *Puto esse meum, quid sentiam expo-*

exponere. Idem de Fin. Si memoria forte defecerit, tuum est vt suggeras. Lib.2.

Appendix I I. generis.

Magnũ, Paruum, Tantum, Quantũ, iungitur in genitiuo cũ verbis, Interest, & Refert. Cic. Att. Permagni nostra interest, te esse Romæ. Cetera eiusmodi per aduerbiũ adduntur, vt Multum, aut Plurimum interest, maxime refert, nihil interest. Cic. Tusc. Theodori nihil interest, humi ne an sublime putrescat. Lib.2. Lib.1.

Appendices I I I. generis.

1 *Verbum, Interest, loco genitiui, potest accusatiuum cum præpositione recipere. Cicer. Luc. Et quidem ad nostram laudem non multum video interesse.* Lib.5.

2 *Quantum, pro Quanti, apud Ciceronem inuenies pro Muræna: Ostendam alio loco, quantum salutis communis intersit. & pro Milone: Semper Milo quantum interesset Pub. Clodij se perire, cogitabat. Tantum interest, apud Plin. Tantum interest, subeant radij, an superueniant.* Lib. 2.

Tertius Ordo Impersonalium. Datiuus post Impersonale.

QVædam verba impersonalia, Quorum multa euentum significãt, ante se nominatiuũ, vel aliquam orationis partem, præsertim vero infinitum, loco nominatiui postulant, post se uero datiuum. Ter. Adel. Facite quod uobis libet. Vir. Queis ante ora patrum, Troiæ sub mœnibus altis, Contigit oppetere. Cic. in Verr. Accidit ut ille eo die Lampsacum veniret. Æneid.1. Lib.3.

Acci-

Accidit	bat	dit	accadere.
Cadit	bat	cecidit	
Contingit	gebat	tigit	
Obuenit	ebat	enit	
Obtingit	ebat	igit	
Euenit	ebat	enit	
Incidit	ebat	idit	
Vſuuenit	ebat	enit	
Cedit	ebat	ceſſit	ſuccedere.
Succedit	ebat	eſſit	
Beneuertit	ebat	ertit	ſucceder bene.
Maleuertit	ebat	ertit	ſucceder male.
Licet	ebat	cuit	eſſer lecito.
Libet	ebat	buit	piacere.
Liquet	ebat		eſſer chiaro.

Expedit, Conducit, Conuenit, Cõpetit, Conſtat, Dolet, Suppetit, Superat, pro Suppetit, Suppeditat, pro Suppetit, Præſtat, Placet, Reſtat, Stat, Sedet, pro Placet, Inceſſit, Accedit, Confert, Patet, Vacat, Venit in mentem: de, Opus eſt, in nominis Conſtructione dicetur.

Appendices III. generis.

Lib. 7. Dec. 4. Lib. 1. 1 *Inceſſit dãdi, vel accuſandi caſum admittit. Liu. Timor inceſſit Liuiũ. Idẽ: Grauior cura patribus inceſſit. Multo autẽ frequentius cũ accuſatiuo legitur.*

2 *Accidit, & Contingit, Euenit, Vſu venit, & alia eiuſdem generis apud Oratores fere infinitum reſpuunt: Coniunctiuo modo cum coniunctione, Vt, gaudent. Cic. Cur.* (Lib. 2.) *Si ei contigiſſet, vt te ante videret, quam e vita diſcederet. Idem de Orat.* (Lib. 1.) *Forte euenit, vt in Priuernati eſſemus. Idem de Fin. Sed*

ex

ex eo credo quibuſdam vſu venire, vt abhorreant a Latinis.

Quartus Ordo Imperſonalium. Accuſatiuus poſt Imperſonale.

QVædam uerba imperſonalia, ante ſe nominatiuum, uel aliquam orationis partem, præſertim uero infinitum, loco nominatiui, poſt ſe accuſatiuum habent. Cic. in Brut. Decet hoc illum, neſcio quo modo.

Decet	bat	cuit	conuenire.
Dedecet	bat	cuit	diſconuenire.
Iuuat	bat	iuuit	giouare.
Delectat	bat	auit	delettare.

Appendix I. generis.

Verbum, Oportet, cum his, quidam coniungunt; quaſi vero accuſatiuum poſt ſe poſtulet, cum verbum ſit abſolutum, quod modo nominatiuum aperte habet. Ter. Heaut. Hæc facta ab illo oportebant Syre: Modo membrum orationis, loco Nominatiui. Cic. in Ant. Irritari Antonium non oportuit. Phil. 7.

Quintus Ordo Imperſonalium. Accuſatiuus cum præpoſitione poſt Imperſonale.

QVædam verba imperſonalia ante ſe nominatiuum, vel aliquam orationis partem, præſertim vero Infinitum, loco nominatiui, poſt ſe accuſatiuum cum præpoſitione, Ad, petunt. Cic. pro Sex. Roſ. Hoc ad me nihil attinet. Idem de Diu. Ad rem pertinet, quo modo cælo affecto, quodque animam oriatur. Lib. 2.

Attinet

Attinet	ebat	nuit	appartenere.
Pertinet	ebat	nuit	
Spectat	abat	auit	

Sextus Ordo Imperſonalium. Genitiuus ante Imperſonale.

QVædam verba imperſonalia ante ſe fere genitiuum, uel infinitum, loco nominatiui, poſt ſe accuſatiuum poſtulant. Plaut. Trin. Miſeret te aliorum; tui te nec miſeret, nec pudet. Cic. pro Flac. Non ne eſſet puditum, legatum ſuum dici Meandrum?

Miſeret	ebat	ertum eſt	venir miſericordia.
Miſereſcit	ebat		
Piget	ebat	guit, & gitum eſt	venir pétimento.
Pęnitet	ebat	tuit	
Pudet	ebat	ditum eſt	venir vergogna.
Tędet	ebat	pertęſũ eſt	rincreſcere.

Appendices III. generis.

1 *Quinque hæc verba videntur quondam fuiſſe deponentia: Cuius rei argumento eſt carmen Turpilij apud Nonium: Quam matris, nunc patris non miſeretur magis. Vnde adhuc illa reſtant, Miſertum eſt, Pigitum eſt, Puditum eſt, Pertæſum eſt.*

2 *Pacuuius, apud Nonium, imperſonaliter vtitur verbo, Vereor, eodem modo: Nihil ne te populi veretur. & Accius: Si tui veretur te Progenitoris. & Cic. de Fin. Primum Ariſtippi, Cyrenaicorumque omnium, quos non eſt veritum in ea voluptate, quæ maxima dulcedine ſenſum moueret, &c.* (Lib. 2.)

3 *Priſcianus, Docet ex Apollonio, in ipſis verbis* (Lib. 8.)

nominatiuum latere: verbi causa, Pudet me tui, hoc est, Pudor me habet tui: Miseret me tui, Miseratio me habet tui. Crediderim potius verba hæc figurate genitiuum habere pro nominatiuo. Nam iusta & recta constructio, est hæc. Plaut. in Styc. Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet: Figurata vero, Pœnitet me huius conditionis. Iusta tamen exoleuit, atque in eius locum figurata successit. Cui locutioni similis est illa: Venit mihi Platonis in mentem, pro Plato: qua vtitur Cic. de Fin. lib. 5.

Verbum Impersonale Passiuum.

VErba Impersonalia passiuæ vocis, vt vocant, sunt ea verba passiua, quæ tertia persona contenta sunt. Ea uero efficiuntur a neutris quarti ordinis, & ab actiuis, cum absolute efferuntur voce actiua; præsertim uero ab Amo, & Turbo. Vt Aratur ab Aro, Pugnatur á Pugno, Amatur ab Amo. Ter. Eun. Nescio quid turbatum est domi, a Turbo. Hæc ante se nominatiuum habent, qui tamen sæpe reticetur, post se ablatiuum cum præpositione, A, vel Ab, vel eius loco datiuum exigunt, qui etiam sæpenumero tacetur. Mart. Tota mihi dormitur hiems, pro Dormio totam hiemem. Nominatiuus reticetur apud Plaut. Epid. Mihi isthic neque seritur, neque metitur. Cic. pro Dom. Ab vniuerso Senatu reclamatum est. Plaut. Pres. Quid agitur? Statur hic ad hunc modum.

Lib. 13.

De communi omnium Verborum Constructione.

HActenus de propria verborum Constructione dictum sit: deinceps de communi omnium dicendum erit.

Genitiuus communis. Status in loco.

PRopria Pagorum, Castellorum, Vrbium primæ vel secundæ declinationis, ponuntur in genitiuo post quoduis verbum, si interrogatio fiat per aduerbium Vbi. Cic. Att. Egnatius Romæ est.

Lib.4.

Propria sequuntur appellatiua quattuor, Humi, Belli, Militiæ, Domi. Cic. Tusc. Theodori qui dē nihil interest, humi ne, an sublime putrescat.

Lib.1.

Si propria tamen fuerint tertiæ declinationis, vel pluralis numeri, sexto casu utendum est. Cic. de Diuin. Babylone paucis post diebus, Alexander est mortuus. Idem Att. Lentulum nostrum scis Puteolis esse.

Lib. 1.
Lib. 9.

Nomina Insularum, Regionum, Prouinciarum, ceterorum denique locorum, ablatiuum cum præpositione, In, fere desiderant. Cic. Att. Promitto tibi, si ualebit, tegulam illum nullam in Italia relicturum.

Lib.9.

Appendices I. generis.

Datiuo Ruri, vel ablatiuo Rure, vtimur, cum huius est loci. Plaut. Bacch. Si illi sunt virgæ ruri, at mihi tergum domi est. Liu. Morientem rure, eo ipso die sepeliri se iussisse, ferunt.

Lib.8.
Dec.4.

Appen-

Appendices II. generis.

1 *Genitiuus, domi, hæc adiectiua admittit, Meæ, Tuæ, Suæ, Nostræ, Vestræ, Alienæ. Cic. Marcel. Nonne mauis sine periculo domi tuæ esse, quam cum periculo alienæ? Cum alijs adiectiuis in ablatiuo cum præpositione, In, ponitur. Ou. Sustinet in vidua tristia signa domo. Quod idem interdum fit cum illis pronominibus. Plin. ad Cal. Ille in domo mea sæpe conualuit. Cum substantiuis autem vtroque modo copulatur. Cic. Att. Clodius deprehensus domi Cæsaris. Idem, Eidem præpositionem addidit: Cum in domo Cæsaris quondam vnus vir fuerit, &c.* Lib.4. Lib.5. Lib.1. Lib.2.

2 *Errant qui putant nomina tertiæ declinationis, datiuo efferri. Nam Tibur, & Anxur, apud veteres & E, & I, litteris ablatiuum habuisse videntur. legimus enim vtroque modo. Cic. Att. Nūc demū rescribo ijs litteris, quas mihi misisti, conuento Antonio Tiburi. Liu. Tibure haud ita multo ante mortuus.* Lib.16. Bell. Pun. Lib.10.

Appendix III. generis.

Quidam dubitant, dicendum ne sit, Marcellus natus est Romæ nobilis vrbis, an nobili vrbe. Cic. pro Archia posteriore modo loquitur: Natus est Antiochiæ loco nobili, & celebri quondam vrbe. Idem, præpositionem interposuit, pro Rabir. Neapoli in celeberrimo oppido. Item in Ant. Albæ in vrbe opportuna. Plin. fere ablatiuo vtitur, præpositione præposita: In Nea oppido Troadis. Phil.4. Lib.2.

MOTVS AD LOCVM.

SI per aduerbium, Quo, fiat interrogatio; accusandi casu efferuntur, cuiuscunque sint declina-

clinationis,ac numeri,vt Quo is? Romam,Brundusium, Carthaginem, Athenas, Delphos, Gades, Rus, Domum.Cic.Att.Epistolas Cattinam, Tauromінum, Syracusas commodius mittere potero. Ter. Heaut. Domum reuertor mæstus. Idem Eun. Rus ibo. Cic. pro Archia: Eum domum suam receperunt.

Lib.14.

Nomina tamen Insularum, Regionum, Prouinciarum, &c. accusatiuum cum præpositione, In,fere desiderant. Cic.de Som. Scip.Cum in Africam venissem.

Motus de Loco & per locum.

SI per Vnde, vel Qua,fiat interrogatio, ablatiuo vtemur. Vnde redis? Roma, Chartagine, Athenis, Delphis, Gadibus, Rure, Domo. Qua iter fecisti? Roma, Brundusio, &c.Cic.Att.Accepi Roma sine tua epistola fasciculum litterarum. Ter.Eun. Video rure redeuntem senem.Cic.Att. Iter Laodicęa faciebam, cum has litteras dabam, in castra.

Lib.5.
Lib.5.

Nomina Insularum, Regionum, Prouinciarum, &c. præpositionem,Ex, si interrogatio fiat per, Vnde, Si per Qua, fiat, præpositionem,Per, fere desiderant. Cic. Verr.Ex Sicilia in Africam, gradus imperij factus est Romanis. Liu.Dum ipse terrestri per Italiam, Galliasque itinere Italiam peteret.

Lib.4.
Lib.1.
Dec.3.

Appendices III. generis.

1 *Propria sæpe præpositionem recipiunt, maxime si quæstio fiat per, Vnde, vel Quo. Cic. Att. A Brundusio nulla adhuc fama venerat. Idem de Senect.* *Ado-*

Lib.9.

Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam. Sed tum, Ad, fere proximitatem (vt ait Priscianus) significat. Qua significatione in motu ad locum hanc fere præpositionem adhibemur, Ad me, Ad te, Ad flumen, Ad tribunal profectus est.

2 *Proprijs maiorum locorum interdum demitur præpositio, præcipue a Poetis, & Historicis. Virg. Ibitis Italiam, portusque intrare licebit. Liu. Nauigare Cyprum pergit. Tacit. Germanicus Aegypto remeans. Cæsar: Cæsar cum audisset Pompeium Cypri visum.* Æneid.3. Lib.1. Dec.4. Lib.2. Bell. Ciu.

3 *Certa nomina propria regionum, aut viarum: itemque appellatiua, sine præpositione eleganter efferuntur, quæ alioqui accusatiuo, cum præpositione, Per, efferenda essent. Cic. in Ant. Nunc tota Asia vagatur, volitat vt Rex. Idem ad Q. Fratrem: Ita se gerant in istis Asiaticis itineribus, vt si iter Appia via facerent. Idem Att. Nunc iter conficiebamus æstuosa, & puluerulenta via. Eidem: Quem quidem ego spero iam tuto, non solum tota Vrbe vagari posse. Pro Font. Hi contra vagantur læti, atque erecti passim toto foro. In Ver. Multæ mihi a C. Verre insidiæ terra marique factæ sunt.* Phil.10. Lib.1. Lib.5. Lib.14. Lib.2.

Datiuus Communis.

QVoduis verbum admittit datiuum eius personæ, in cuius gratiam, commodum, vel incommodum aliquid fit. Plaut. Mil. Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.

Accusatiuus, vel ablatiuus Communis, temporis.

TEmpus ablatiuo, vel accusatiuo casu effertur: si per, Quãdiu, fiat interrogatio. Liu. Romulus Lib.1.

Lib.7. mulus septem, & triginta regnauit annos. Plin. Massinissam sexaginta annis regnasse indubitatum est. Sin vero per, Quando, fiat, ablatiuo vtemur, vt quando datum est tibi hoc negotium. Cic. de Aurusp. Negotium magistratibus datum est anno superiore.

Appendix I. generis.

Ablatiuus interdum, Intra, significat, vt paucis diebus, biduo, triduo; pro intra paucos dies, intra biduum, intra triduum. Cic. pro Mil. Clodius respondit triduo illum, ad summum quatriduo, periturum.

Accusatiuus, vel ablatiuus Communis spatij.

CViuis verbo apponi potest accusatiuus, qui distantiam loci significet. Cic. ad Tiron. Is locus est citra Leucadem stadia viginti. Idem pro Sex. Rosc. Edixit vt ab vrbe abesset millia passuum ducenta. Idem Att. Cubitum nullum assiduo cursu processit. Liu. Mille ducentos passus, ibi latitudo patet. Interdum ablatiuo scriptores vtuntur. Cæs. Bell. Gall. Eo die castra promouit, & millibus passuum sex a Cæsaris castris sub monte consedit. Idem ibidem: Ab exploratoribus certior factus est Ariouisti copias a nostris millibus passuum quatuor & viginti abesse.

Lib.13. Bel. Mac. Lib.7. Lib.1.

Appendix II. generis.

Cum dicimus, Abesse bidui, tridui, quatridui, Iter, aut, Via, intelligitur. Cic. ad Att. Cum in castra proficiscerer, a quibus, aberam bidui. Idem Cat. Aberam ab Amano iter vnius diei. Cæs. Bell. Gall. Cum bidui viam processisset.

Lib. 5. Lib. 1.

Abla-

Ablatiuus absolutus.

QVibuslibet verbis addi poteſt ablatiuus abſolute poſitus. Cic. Att. Quod auctore te velle cœpi, adiutore aſſequar. Idem ad eundem: Scripſi hæc ad te poſita ſecunda menſa. Lib. 5. Lib. 14.

Appendix I. generis.

Aliquando abſolute ponitur participium præteriti tēporis ſine nomine. Liu. Inde ad Pluuinum eſt progreſſus, nondum comperto quam regionem hoſtes petiſſent. Bel. Mac. Lib. 1.

Ablatiuis Inſtrumenti, Cauſſæ, Modi actionis.

QVæuis verba ablatiuum admittunt ſignificantem inſtrumentum. Ter. Adel. Hiſce oculis egomet vidi. Aut cauſſam propter quã aliquid fit. Cic. ad Q. Fratrem: Veſtra culpa hęc acciderunt: Aut modum, quo aliquid fit. Idem pro Mil. Quonammodo id factum feret ciuitas? Lib. 2.

Modus actionis, prępoſitionem, Cum, interdũ deſiderat. Idem de Off. Ita procul abſit, cum qua nihil recte fieri, nihil conſiderate poteſt. Lib. 1.

Appendices I. generis.

1 *Ad cauſſam, propter quam, pertinent hæc, & ſimilia, Ardere iracundia, dolore, ira, ſtudio, deſiderio alicuius rei flagrare, inflammari cupiditate, amore, &c. Hæc etiam fortaſſis Lætor, Gaudeo, Delector, Oblector, Triſtor, de quibus ſupra egimus.*

2 *Modũ actionis cognoſcimus interrogatione, Quo modo. Quomodo tulit iniuriã? Aequo, iniquo animo.*

Appendix II. generis.

Adhibetur etiã præpoſitio, Cũ, quæ comes dicitur.

Lib.3. *Cic.pro Clu.Semper magno cum metu dicere incipio.*
Idem de Orat.Cum febri domum redijt.

Ablatiuus excessus.

CViuis verbo adiungi potest ablatiuus rei, qua excessus significatur. Cic. de Clar. Or. Pub. Scipio omnes sale, facetijsque superabat. Ter. Phorm. Incredibile est quanto herum anteeo sapientia.

Ablatiuus pretij.

QVælibet verba ablatiuum admittunt significãtem pretium, vt Senatus tritici modium tribus denarijs æstimauit. Cic. Verr. Excogitare non poterat, quemadmodum plurimo venderet. Ter. Eun. Vt te redimas captum, quam queas minimo. Idem And. Vix drachmis obsonatus est decem. Cic. Verr. Doceas oportet aliquo in loco Siciliç, Prætore Verre, ternis denarijs, tritici modiũ fuisse. Liu. Multorum sanguine, & vulneribus, & pœnis victoria stetit. Varro, Piscinæ ædificantur magno. Hor. Satyr. Quæ uirtus, & quanta bonis sit uiuere paruo. Cic. in Ant. Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede sapere nihil docuit. Idem pro Cęl. Cuius in ædiculis habitet decem millibus.

Lib.5. Lib.5. Lib.2. Lib.2. Phil.2.

Exceptio.

HIs tamen genitiuis exceptis, tanti, tantidem, quanti, quanticumque, pluris, minoris: de quibus supra diximus.

Appendix III. generis.

Verbũ, Valeo, ablatiuum, vel accusatiuum amat.

Lib.33. *Plin. Aureus nummus post annum sexagesimum se-*

secundum percussus est, quam argenteus; ita vt scrupulum valeret sestertijs vicenis. Varr. de ling. lat. Denarij quod denos æris valebant; quinarij quod quinos. Lib.4.

De casibus, qui beneficio præpositionum communes sunt omnium uerborum, dicemus, cum de præpositionibus præcepta dabimus.

Constructio Verbi Infiniti.

VErba Infinita eosdem post se casus postulant, quos finita. Cic. Tiron. Malo te paullo post valentem, quam statim imbecillum videre. Idem ad Q. Frat. Quod scribis te a Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. Idem ad Att. Vellem te in principio audiuisse amicissime me admonentem. Lib.16. Lib.3. Lib.7.

Appendix.

Præteritum perfectum passiuum, & plusquā perfectum ex infinito, Esse, vel Fuisse, atque participio præteriti temporis supplentur, mutatis numeris & generibus pro re, de qua agitur. Cic. in Ant. P. Clodium meo consilio interfectum esse dixisti. Idem pro Cluen. Iniuriam ab huius familia factam esse dixisti. Phil.2.

Verbum interdum omittitur. Idem pro Mil. Negant intueri lucem fas esse ei, qui a se hominem occisum fateatur.

Appendix II. Futurum infinitum actiuum.

Fore, futurum infinitum tantum in vsu est, iungiturque cum omnibus generibus, & vtroque numero. Cic. ad Lent. Vehementer confidit, his litteris, se apud Lib.1.

Ibidem. *te gratiosum fore. Idem ad eundem: Spero nobis hanc*
Lib.8. *coniunctionem voluptati fore. Idem Att. Nihil ar-*
Lib.7. *bitror fore, quod reprehendas. Idem ad eundem: Dio*
nysio, dum existimabam vagos nos fore, nolui mole-
stus esse.

Cetera, quibus prisci vsi sunt, iam exoleuerunt:
pro quibus infinito, Esse, vel Fuisse, prout oratio
Lib.6. *postulat, & participio in Rus, vtimur. Cic. Att. Il-*
lum eum futurum esse puto, qui esse debet. Idem de
Lib.1. *Orat. Vere mihi hoc videor esse dicturus. Idem in*
Phil.2. *M. Anton. Id se facturum esse asseuerauit. Idem in*
Lib.3. *Verr. Non moleste fero me laboris mei: vos virtu-*
Lib.4. *tis vestræ fructum esse laturos. Idem ad Marcel.*
Eum magis communem censemus in victoria fu-
turum fuisse, quam incertis in rebus fuisset. Idem
Phil.5. *in M. Anton. Dixit aliam sententiam se dicturum*
fuisse.

Lib.8. *Infinitum, Esse, frequenter desideratur. Cic. Att.*
Ego bellum fœdissimum futurum puto. Idem ad Te-
Lib.14. *rentiam: Celerius opinione venturus dicitur. Idem*
Lib.9. *ad Att. Vix spero hunc mihi veniam daturum. Idem*
Lib.1. *ad Appium: Scribit meas litteras maximum apud*
te pondus habituras.

Appendix III. Futurum infinitum passiuum.

Futurum passiuum ex infinito, Iri, & voce simili
supino in Vm, constat, vt Amatum iri, Doctum iri,
Violatũ iri, Occisum iri, omnibusq; generibus, atque
Lib.2. *vtrique numero attribuitur. Cic. ad Att. Pompeius*
affirmat non esse periculum: adiurat: addit etiam se
prius occisum iri ab eo, quam me violatum iri. Idem
Lib.15. *ad eundem: Brutum, vt scribis, visum iri a me puto.*
Idem

Idem de Diuinat. Vaticinatus est madefactum iri, minus triginta diebus, Græciam sanguine. Terent. in Prol. Hecyræ. interea rumor venit, Datum iri gladiatores. Quintil. Reus parricidij damnatum iri videbitur. Plaut. in Rudent. Mihi isthæc videtur præda prædatum irier. Lib.1. Lib.2. Cap.9.

Appendix IIII. Ratio supplendi futurum infinitum maxime cum verba supinis carent.

Fore vt, Futurum vt, verbis Spero, puto, affirmo, suspicor, & his similibus iuncta, eleganter futurum infinitum tam agendi, quam patiendi modi supplent. Cic. 1. Tusc. Spero fore, vt contingat id nobis. Idem ad Att. Nunquam putaui fore, vt ad te supplex venirem. Idem Lentulo: Valde suspicor fore, vt infringatur hominum improbitas: Senec. Scio futurum; vt, auditis eius sententijs, cupiatis multas audire. Idem: Nunquam putaui futurum, vt pater meus liberos odisset. Lib.16. Lib.1. Proœ.2. Contr. Lib.2. Contr.

Hac circuitione subuenitur verbis, quæ supinis carent, vt Puto fore, vt breui his incommodis medeare. Affirmo fore, vt paucis diebus orationem pro Marcello ediscas. Suspicor fore, vt iuri ciuili potius, quam philosophiæ studeas. Polliceor fore, vt nõ multo post intimis sensibus angaris, quando saluberrima parentis consilia negligis.

Appendix V. Circuitio ex præterito & futuro mista.

Circuitio illa, Futurum fuisse, ex præterito & futuro mista, non minimum orationi affert ornamentum. Cæs. Nisi eo ipso tempore quidam nuntij de Cæsaris victoria per dispositos equites essent allati, Bel. Ciu. 3.

exi-

existimabant plerique futurum fuisse, vt oppidum amitteretur.

Hæc quidem circuitio necessaria est, cum verba supinis destituuntur, vt affirmabant omnes futurum fuisse, vt frater tuus breui litteras Græcas disceret; nisi lateris dolore consumptus fuisset.

Infinita, cum quibus verbis copulentur.

VErbis cœpi, soleo, debeo, cupio, adduntur infinita, multisque alijs, maxime ijs, quibus voluntas explicari solet. Cic. pro Rosc. Com. Qui mentiri solet, peierare consueuit. Idem Tironi: Omnes cupimus, ego in primis, quamprimum te videre.

Lib. 16.

Appendix.

Amphibolia accusatiui geminatione facta, soluitur, Ablatiuo, vt Milonem audiui occidisse Clodium, ambigua est oratio: dubium enim est, vter ab altero fuerit occisus. Muta alterum accusatiuum in ablatiuum sic, A Milone audiui occisum esse Clodium; sublata est omnis dubitatio.

GERVNDIA.

GErundia, quæ passionem non significant, casus suorum verborum admittunt, vt Tempus obliuiscendi iniuriarum, ignoscendi inimicis, coercendi cupiditates, abstinendi maledictis.

Gerundia in Di.

GErundijs in Di, adduntur substantiua, Tempus, causa, studium, finis, & cetera eiusdem generis. Cic. de Senect. Equidem efferor studio patres vestros quos colui, & dilexi, videndi. Idem

Att.

Att. Sit iam, aut finis omnino deplorandi, aut moderatio. Lib.10.

Item nonnulla adiectiua, vt Peritus, imperitus, cupidus, insuetus nauigandi, ignarus dicendi. Cic. de Orat. Sum cupidus te audiendi. Lib.2.

Appendix.

Gerundia in Di, interdum genitiuum multitudinis pro accusatiuo admittunt. Cic. de Diuin. Doleo tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse. Plaut. Capt. Nominandi tibi istorum erit magis, quam adeundi copia. Lib.2.

In Dum.

Gerundijs in Dum, præponuntur præpositiones, Ad, Ob, Inter. Cic. 5. Tusc. Conturbatus animus non est aptus ad exsequendum munus suum. Idem in Verr. Quanto illud flagitiosius, improbius, indignius, eum, a quo pecuniam ob absoluendum acceperis, condemnare? Liu. Ipse inter spoliandum corpus hostis, veruto percussus, inter primam curationem expirauit. Lib.4. Ab vrb. 1.

Prępositur &, Ante, sed rarius. Virg. —namq; ante domandum, Ingentes tollunt animos. Georg. 3.

In Do.

Gerundia in Do, modo sine præpositione in oratione adhibentur. Cic. Att. Plorando defessus sum: Modo præpositiones maxime, A, Ab, De, In, assumunt. Idem 3. Tusc. Ab inuidendo autem recte inuidentia dici potest. Idem Curioni: Etenim, quis est tam in scribendo impiger, quam ego? Idem ad Att. Tu quid cogites de transeundo in Epirum, scire sane uelim. Lib.13. Lib.2. Lib.9.

Non

Nonnumquam, E, vel Ex, cum pro. Plaut. Aul. Heus senex, pro vapulando hercle abs te mercedem petam. Quintil. Scribendi ratio coniuncta cum loquendo est.

Lib. 1. c. 5.

Gerundia passiua.

GErundia, quæ passionem significãt, nullum post se casum admittunt. Quint. Memoria excolendo, sicut alia omnia, augetur. Pli. Rubens ferrum non est habile tundendo. Idẽ: Bituminata aut nitrosa vtilis est bibendo. Sall. Pauca supra repetam, quo ad cognoscẽdum omnia illustria magis, magisque in aperto sint.

Lib. 2. c. 3. Lib. 13. cap. 15. Lib. 31. cap. 6. Iugurth.

Ratio variandi Gerundia.

GErundia, quæ accusatiuo casu gaudent, fere elegantius, more adiectiuorum, adhũc modum efferuntur. Pompeius studiosus fuit Remp. defendendi, ciuesque seruandi. Pompeius studiosus fuit Reipublicæ defendendæ, ciuiumque seruandorum: ita vt gerundij casus maneat, seruato tamen genere, ac numero accusatiui. Cic. in Ant. Princeps vestræ libertatis defendendæ, semper fui. Idem Curioni: Hoc, quicquid attigi, non feci inflammandi tui caussa, sed testificandi amoris mei. Liu. Interiecto deinde, haud magno spatio, quod vulneribus curandis, supplendoque exercitui satis esset. Cic. Appio: Animum tuum promptum, & alacrem perspexi ad defendendam Rempubl. Idem Trebonio: Omne desiderium litteris mittendis, accipiendisque leniam. Liu. Prælia de occupando ponte crebra erant.

Phil. 4. Lib. 2. Ab vrb. 2. Lib. 3. Lib. 13. Ab vrb. 7.

Par-

Participale verbum in Dum.

VErbum Participale in Dum, accedente verbo Substantiuo, datiuum postulat omnibus verbis communem. Liu. Hic vobis vincendum, aut moriendum, milites, est. Bell. Pun. Lib. 1.

Pręter datiuum communem, etiam casum sui verbi admittit. Cic. 2. Tusc. Tuo tibi iudicio, est vtendum: Tibi, Casus est communis: Tuo iudicio, proprius est verbi.

Appendix.

Si tamen casus verbi fuerit accusatiuus, mutabitur Participale actiuum in passiuum, hoc modo: Petendum est tibi pacem, Petenda est tibi pax: Timendum est nobis pœnas æternas, Timendæ sunt pœnæ æternæ.

Prisci etiam actiuo vsi sunt, cum accusatiuo. Lucret. Aeternas quoniam pœnas in morte timendum. Veteres imitatus est Virgil. — alia arma Latinis Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendum. Lib. 5. Lib. 11.

SVPINA IN VM.

SVpina in Vm, amant verba, quæ motum adsignificãt. Teren. Phorm. Percunctatum ibo. Idem Heaut. Abi deambulatum. Liu. Coriolanus damnatus absens, Volscos exulatum abijt. Ab vrb. 2.

Ante se nullum, post se suorum verborum casus habent. Cæsar: Legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium. Terent. Phorm. Me vltro accusatum aduenit. Idem Eun. Nutricem accersitum ijt. Bel. Gal. 1

Supi-

Supina in V.

SVpina in V, fere passiuę significationis sunt, sine casu, adhærentq; nominib. adiectiuis. Cic. Att. Quod optimũ factu videbitur, facies. Idem in Ant. O rẽ non modo visu fędã, sed etiã auditu.

Lib. 7.
Phil. 2.

PARTICIPIA.

PArticipia eosdem casus habent, quos verba, a quibus proficiscũtur. Pueri victoriã reportaturi non delectantur duodecim scruporum ludo. Liu. Ancus ingenti præda potitus, Romam redijt. Cic. in Pis. Abiectum, contemptum, despectum a ceteris, a te ipso desperatũ & relictũ, adulãtẽ omnes videre te volui, vidi. Cic. Lent. Totus est nunc ab ijs, a quib. tuendus fuerat, derelictus.

Ab vrb. 1.
Lib. 1.

Appendix I.

Participia passiua præteriti, & futuri temporis, maxime cum fiunt nomina, etiam datiuo gaudent. Cic. de Senect. Sperare videor Scipionis amicitiam, & Lælij notam posteritati fore. Terent. And. Restat Cremes, qui mihi exorandus est.

Appendix II.

Exosus, Perosus, Pertæsus accusatiuum petunt. Curtius: Persarum te vestis, & disciplina delectat: patrios mores exosus es. Liu. Plebs Consulum nomen haud secus, quam Regum perosa erat. Suet. in Cæs. Quasi pertæsus ignauiam suam, quod nihil dum a se memorabile actum esset.

Lib. 2.
Ab vrb. 2.

Participia facta nomina.

PArticipia in Ans, Ens, interrogandi casu gaudent, cum fiunt nomina. Terent. Phor. Herus libe-

liberalis est, & fugitans litium. Cic. Att. Boni ciues amantes patriæ. Sallust. Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris, supra quam cuiquam credibile est. Cic. ad Q. Frat. Fert grauiter homo & mei amantissimus, & suæ dignitatis retinens, se apud te neque amicitia, neque iure valuisse. Lib. 5. Bell. Cat. Lib. 1.

Nonnulla etiam Præteriti temporis, vt Consultus, doctus. Cic. in Ant. Neque enim ille magis iurisconsultus, quam iustitiæ fuit. Horat. Docte sermonis vtriusque linguæ. Sall. Alieni appetens, profusus sui. Liu. Seruitutis, indignitatisque homines expertos aduersus notum malum irritatos esse. Phil. 9. Carm. 3. Ode 8. Bell. Cat. Bel. Mac. 10.

Appendix I.

Participia præsentis, præteritique temporis, cum nominum naturam induunt, more eorum comparantur. Cic. Lent. A me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus, & agendi, & cogitandi: vtorque ad omnia Quinctio Selicio; quo neque prudentiorem quemquam ex tuis, neque fide maiorem esse iudico; neque amantiorem tui. Idem Tironi: Cum commode, & per valetudinem, & per anni tempus nauigare poteris, ad nos amantissimos tui veni. Idem Att. Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. Idem in Verr. Hæc tu omnium mortalium profligatissime, ac perditissime cum scires, cum tanto periculo tuo fieri paterere, atque concederes? Lib. 1. Lib. 16. Lib. 6. Lib. 5.

Appendix II.

Participijs futuri temporis, addito verbo Substantiuo, eleganter vtimur pro Debere, vel Oportere: Sum expectaturus fratrem. Terent. Phorm. Frater

est

est expectandus mihi. Eram habiturus heri orationem: Habenda mihi erat heri oratio. Cic. pro Fonteio: Orandus erit nobis amicus meus Pletorius, vt suos nouos clientes a bello faciendo deterreat.

De constructione Nominis.

Genitiuus post nomen substantiuum.

QVotiescunque duo nomina substantiua rerum diuersarum in oratione continuantur, alterum erit genitiui casus. Cic. in Pisonem: Supplicium est pœna peccati. Idem ad Cœlium: Mirum me desideriũ tenet vrbis. Idem de Amicitia: Maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam.

Lib. 2.

Appendix.

Adiectiua, cum substantiue ponuntur, more substantiuorum construuntur. Cic. de Senect. Tantum cibi, & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. Idem in Verr. Sicilia tota, si vna voce loqueretur, hoc diceret; Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis vrbibus, sedibus, delubris fuit, id mihi tu C. Verres eripuisti, atque abstulisti. Pompeius ad Marcellum, & Lentulum: Vos hortor, vt, quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis.

Lib. 1.

Lib. 8. ad Att.

Genitiuus, vel ablatiuus post nomen substantiuum.

SVbstantiua, cum ad laudem, vel vituperationem referuntur, genitiuo, vel ablatiuo gaudent. Cic. ad Marcellum: Neque monere te audeo

Lib. 4.

deo præſtanti prudentia uirum: neque confirmare maximi animi hominem, uirumq; fortiſſimum. Plin. Choromandarum gentem, vocat Tauron ſilueſtrem, ſine uoce, ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Lib.6.c.2.

Genitiuus poſt nomen adiectiuum.

ADiectiua, quæ Scietiam, Communionem, Copiã, & his contraria ſignificant, cũ genitiuo iungũtur, ut Peritus, Ignarus, Particeps, Expers, Plenus, Inanis. Cic. in Brut. Fabius pictor & iuris, & litterarum, & antiquitatis bene peritus fuit. Ex eodem: Antonius omnis eruditionis expers, atque ignarus fuit. Idem de Fin. Virtutes ita copulatæ cõnexæque ſunt, vt omnes omnium participes ſint. Idem ad Papirium: Stultorum plena ſunt omnia. Ex eodem: Omnia plena conſiliorum, inania verborum videmus. De Or. 2. Lib. 5. Lib. 9. De Or. 2.

Item, quædam in Ax, Ius, Idus, & Oſus. Philoſophus tenax recti, nullius culpæ conſcius, auidus uirtutis, ſtudioſus litterarum. Quibus adde, Memor, Immemor, Securus, ut Memor beneficij, immemor iniuriæ, Securus rumorum. Quinctilianus: Tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percipimus. Cic. in M. Anton. Huius rei, ne poſteritas quidem omnium ſæculorum, immemor erit. Idem ad C. Anton. Cum T. Pomponius, hominum omnium meorum in te ſtudiorum conſcius, tui cupidus, noſtri amantiſſimus ad te proficiſceretur, aliquid mihi ſcribendum putaui. Lib. 1.c.1. Phil.2. Lib. 5.

Partitiua.

PArtitiua genitiuo multitudinis gaudent. Cic. de Natura Deorum: Elephanto belluarum nulla prudentior. Idem de Senectute: Minus habeo virium, quam vestrum vteruis. Idē ad Quint. Frat. Domus vtriusque nostrum ædificatur strenue.

Lib. 1.

Lib. 2.

Item, numeralia nomina. Liu. Imperium summum Romę habebit, qui vestrum primus o iuuenes, osculum matri tulerit. Curt. Octoginta Macedonum interfecerunt. Idem: Nolo singulos vestrum excitare.

Ab vrb. 2.

Lib. 8.

Ibidem.

Denique, quæcunq; adiectiua quæ partitionē significant, interrogandi casum possunt admittere. Cic. de Senect. Multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Liu. Macedonum fere omnibus, & quibusdam Andriorum, vt manerent, persuasit. Curt. Cum paucis amicorum ad Leonatum peruenit. Plin. Lanarum nigrę nullum colorem bibunt.

Bel. Mac. 1.

Lib. 10.

Lib. 8. cap. 48.

Superlatiua.

SI multa eiusdem generis comparentur, vtendum est Superlatiuo cum genitiuo plurali. Cic. 5. Tusc. Theophrastus, elegantissimus omnium philosophorum, & eruditissimus non magnopere reprehenditur, cum tria genera dicit bonorum. Plin. Demosthenes summus Oratorum Græciæ.

Lib. 33. cap. 1.

Appendix I.

Tam Superlatiua, quam Partitiua etiam genitiuo singulari, qui multitudinem significet, coniunguntur.

Cic.

Cic. pro Quinct. Habet aduersarium P. Quinctius verbo, Sext. Næuium, re vera huiusce ætatis homines disertissimos, ornatissimos nostræ ciuitatis. Idem pro Rabir. Posthumo: Virum vnum totius Græciæ facile doctissimum Platonem in maximis periculis, insidijsque versatum esse accepimus. An quisquam Clodiæ gentis cum Pompeio Magno conferendus est?

Appendix II.

Tum Superlatiua nomina, tũ Partitiua, quæ cum suis substantiuis casu cohærent, & genere & numero consentiunt. Cic. de Natur. Deor. Indus, qui est omnium fluminum maximus, non aqua solum agros lætificat, sed eos etiam conserit. Plin. Hordeum frugum omnium nobilissimum est. Pomponius Mela: Famam habet ob Cereris templum Enna præcipua montium.

Lib. 2.
Lib. 18.
cap. 1.
Lib. 2.
cap. 7.

Quod si nullum sit substantiuum cum genitiuo, quod attinet ad genus, consentient. Liu. Summi, infimiq; Gabinorum Sext. Tarquinium dono deum sibi missum ducem credere. Quinctil. Equidem Ciceronem sequar: nam is eminentissimos Græcorum est sequutus.

Ab vrb. 1.
Lib. 9.
cap. 4.

Plinius: Sapientissima animalium esse constat, quæ fruge vescantur. Idem: Ouorum alia sunt candida, vt columbis, perdicibus: alia pallida, vt aquaticis, &c.

Lib. 22.
cap. 25.
Lib. 10.
cap. 52.

Appendix III.

Genitiuus tã Superlatiui, quam Partitiui in ablatiuũ cum præpositione, E, vel Ex, vel De, mutari potest. Cic. pro Cluent. Ex his omnibus natu minimus P. Saturninus in eadem sententia fuit. Idẽ pro Sext.

Roscio: Audacissimus ego ex omnibus? minime. Idem Lib. 16. *ad Tironem: De tuis innumerabilibus in me officijs* Phil. 10. *erit hoc gratissimum. Idem in M. Ant. Permitto, vt* Declam. 6 *de tribus Antonijs eligas, quem velis. Quinctil. Timui, ne quem ex meis viderem.*

Mutatur interdum genitiuus Superlatiui in accusatiuum cum præpositione, Inter, vel Ante. Cicer. pro Sext. Rosc. Rectum putabat pro eorum se honestate pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos Lib. 1. Contr. *numerabatur. Seneca: Ille Cræsus, inter Reges opulentissimus, ad tormenta, post terga vinctis manibus* Lib. 2. cap. 2. *ductus est. Pompon. Mela: Gentem sui nominis aluit Boristhenes inter Scythiæ amnes amœnissimus.* Ab vrb. 1. *Liu. Multitudini gratior fuit, quam Patribus, longe ante alios acceptissimus militum animis.*

Appendix IIII.

Superlatiua, præter proprium casum, admittunt etiam casum suæ positionis. Cic. de Claris Oratoribus: Fuit Sextus Aelius iuris quidem ciuilis omnium peritissimus. Omnium, superlatiui: Iuris ciuilis, positiui casus est.

Admittunt & genitiuum partitionis, more nominum vnde formatur. Lib. 9. cap. 51. *Plin. Plurimi piscium tribus mensibus, Aprili, Maio, Iunio pariunt.*

Genitiuus, vel Datiuus post nomen.

NOmina, quæ similitudinem, aut dissimilitudinem significant, interrogandi, vel dandi casum exigũt. Ter. in Eun. Domini similis, & cet. Lib. 5. Cic. de Fin. Non uideo, cur non potuerit patri Phil. 2. similis esse filius. Idem in M. Anton. Antonius saturauit se sanguine dissimillimorum sui ciuium.

Idem

Idem de Clar. Orat. Nihil tam dissimile, quam Cotta Sulpitio.

Item, Communis, Proprius. Cic. de Senect. Id quidem non proprium senectutis est uitium, sed cõmune ualetudinis. Idem pro Sex. Rosc. Quid tam commune, quam spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Pli. Cæsari proprium & peculiare sit, præter supra dicta, clementiæ insigne.

Lib. 7. cap. 25.

Datiuus post nomen.

NOmina, quibus Commodum, Voluptas, Gratia, Fauor, Æqualitas, Fidelitas, & his contraria significãtur, datiuũ poscũt, ut Consul Salutaris, Perniciosus Reipublicæ: Iucundus, Molestus, Gratus, Inuisus, Propitius, Infestus ciuibus: Fidus, Infidus, Imperio: Par, Impar tanto oneri. Cic. ad Cæcinnam: Erat meum consilium, cum fidele Pompeio, tum salutare utrique. Idem ad Att. O gratas tuas mihi, iucundasque litteras.

Lib. 6.
Lib. 12.

Item uerbalia in Bilis, ut Amabilis, Formidabilis, Optabilis. Cic. in M. Anton. Pax præsertim ciuilis, quamquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis.

Phil. 7.

Præterea, Conscius, Cõsentaneus, Supplex, Obuius, Obnoxius, Peruius, & nõnulla, quæ ex præpositione, Con, componuntur, vt Concors, Concolor, Confinis, Conterminus. Cicer. 2. Tusc. Mihi conscius sum numquam me nimis cupidum fuisse. Idem in M. Anton. Sulpicij mors consentanea vitæ fuit, sanctissime, honestissimeque actæ. Cic. Att. Volent mihi obuiæ lit-

Phil. 9.
Lib. 6.

teræ tuæ. Terent. Adelph. Fratri ædes fient peruiæ. Plin. Contermina Indis gens Ariana appellatur. Lib. 12. cap. 8.

Datiuus, vel Accusatiuus cum præpositione, Ad, post nomen.

ACcõmodatus, Appositus, Aptus, Idoneus, Habilis, Vtilis, Inutilis, Natus huic rei, vel Ad hanc rem. Cic. in Pis. Ille gurges, atq; helluo, natus abdomini suo, non laudi atq; gloriæ, omneis fortunis, multos fama, vitaque priuauit. Idẽ de Claris Orat. Cn. Pompeius vir ad omnia summa natus.

Accusatiuus, vel Ablatiuus post nomen.

ADiectiua, quibus generalis dimensio significatur, accusatiuum, vel ablatiuũ casum postulant, qui certam mensuram significet. Liu. Fossam sex cubitis altam, duodecim latam cum duxisset, extra duplex vallum fossæ circundedit. Columella: Esto ager longus pedes mille & ducentos, latus pedes centum viginti. Bel. Mac. 7. Lib. 5. c. 3.

Ablatiuus post nomen.

EXtorris, nudus, dignus, contentus, inanis,
Atq; refertus, inops, locuples, alienus, onustus,
Immunis, plenus, cassus, diuesque, potensque,
Tum fretus, vacuus, tum captus, præditus, orbus,
Indignus, liber, viduus sibi iure Latinum,
Assumunt casum, vt Summo vir dignus honore.

Opus.

OPus, nomen adiectiuum, accedente verbo substantiuo, ablatiuum postulat. Terent. Andri. Nihil isthac opus est arte, ad hanc rem quam

pato. Cic. ad Att. Apud Terentiam gratia opus est nobis, & tua auctoritate. [Lib. 11.]

Sæpe etiam cum substantiuis more adiectiuorum, consentit; neq; tamen in casus declinantur. Idem ad Curionem: Dux nobis & auctor opus est. [Lib. 2.] Idem ad Tironem: Is omnia pollicitus est quæ tibi essent opus. [Lib. 16.] Idem ad Att. Dices nũmos mihi opus esse ad apparatum triumphi. [Lib. 6.] Liu. Scipio ad comparanda ea, quæ opus erant, tempus habuit. [Bell. Pun. 10.]

Ablatiuus cum præpositione.

ADiectiua diuersitatis, & numeralia ordinis ablatiuum cum præpositione, A, vel Ab, admittunt. Cic. Certa cum illo qui a te totus diuersus est. [Acad. 4.] Idem ad Att. Nauigationis labor alienus ab ætate nostra. [Lib. 6.] Idem: Post autem cõficta a Carneade, qui est quartus ab Arcesila. Hirtius: Imperio, & potentia secundus a rege. [Bel. Alex. Lib. 4.]

Item Securus, Liber, Vacuus, Purus, Nudus, Inops, Orbus, Extorris. Cic. in Verr. His quidem temporibus in omni orbe terrarum vacui, expertes, soluti, ac liberi fuerũt ab omni sumptu, molestia, munere. [Lib. 4.] Idem pro domo sua: Tam inops aut ego eram ab amicis, aut nuda Respub. a magistratibus.

Comparatiua.

COmparatiuo vtimur cum ablatiuo, quando vel plura diuersi generis comparantur. Cic. in Catil. Luce sunt clariora nobis tua consilia. [Orat. 1.] Curtius: Maiora sunt præmijs pericula. [Lib. 9.]

Vel cum duo eiusdem, aut diuersi generis con-

feruntur. Cic. ad Octauium: Quæ non posterior dies acerbior priore? & quæ non insequens hora antecedente calamitosior Populo Romano illuxit? Virtus multo pretiosior est auro.

Appendix I.

Ablatiuus Comparatiui intercedente coniunctione, Quam, mutari potest in casum verbo congruentem. Cic. in Verr. Tu innocentior, quam Metellus? Idem ad Att. Nemo vnquam nec Poeta, nec Orator fuit, qui quemquam meliorem, quam se arbitraretur. Liu. Melior, certiorque est tuta pax, quam sperata victoria. Terent. in Phorm. Ego hominem calidiorem vidi neminem, Quam Phormionem.

Lib. 5. Lib. 14. Bel. Pun. 10.

Appendix II.

Comparatiua quemadmodum & cetera adiectiua, cum partitionem adsignificant, genitiuum desiderant. Liu. In hanc sententiam vt discederetur, iuniores Patrum euincebant. Horatius in Arte: O maior iuuenum.

Ab vrb. 3.

Auctores tamen sæpius ablatiuo vtuntur cum præpositione, E, vel Ex. Cic. Att. Ante scripta epistola, ex duabus tuis prior mihi legi cœpta est. Plin. ad Caninium: Minorem ex duobus liberis amisit.

Lib. 16. Lib. 1.

Appendix III.

Præter suum casum, admittunt Comparatiua ablatiuum significantem excessum. Hercules fuit procerior te, cubito. Curt. Turres denis pedibus, quam murus altiores sunt.

Lib. 5.

Item casum suæ positionis. Cic. ad Plancum: Mibi nemo est amicior, nec iucundior, nec carior Attico. Denique hos ablatiuos, Opinione, Spe, Aequo, Iusto,

Soli-

Solito, Dicto. Cic. de Clar. Orat. Opinione ego omnium, maiorem cepi dolorem. Liu. Reate saxum visum volitare; sol rubere solito magis sanguineoque similis. Bel. Pun. 5.

Ablatiuus significans laudem, vituperationem, partem.

PLeraque adiectiua ablatiuum postulant significantem laudem, vituperationem, vel partem. Q. Cicero de Petitione consulatus: Non erit difficile certamen cum ijs competitoribus, qui nequaquam sunt tam genere insignes, quam vitijs nobiles. Cic. de Orat. Sunt quidam aut ita lingua hesitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu motuque corporis vasti, & agrestes, vt etiam si ingenijs, aut arte valeant, tamen in Oratorum numerum venire non possint. Idem in Ver. Ob ius dicendum M. Octauium Ligurem, hominem ornatissimum loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copijs poscere pecuniam non dubitauit. Sallust. Ex altera parte C. Antonius pedibus ęger, quod prælio adesse nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit. Lib. 1. Lib. 3. Bel. Cat.

Appendix.

Ablatiuum Partis frequenter in accusatiuum mutant Poetæ. Virg. Os, humerosque deo similis. Horat. Excepto quod non simul esses, cetera lætus. Aen. 1. Epist. 1.

Item Historici, sed rarius. Liu. Falarica est Saguntinis missile telum, hastili oblongo, & cetera tereti, præterquam ad extremum. Pomp. Mela: Sarmatæ totum braccati corpus, & nisi qua vident, ora, etiam vestiti. Bel. Pun. 1. Lib. 3. c. 1.

Constru-

Constructio Pronominis.

Genitiuus post demonstratiua pronomina.

PRonomina demonstratiua, cum substantiue ponuntur, patrium casum admittunt. Cic. ad Cœlium: Hoc ad te litterarum dedi. Idem de Orat. Quoniam, id temporis est, surgendum censeo. Idem Att. Res est eodem loci, quo reliquisti.

Lib. 2.
Lib. 2.
Lib. 1.

Appendix.

Pronomen, Idem, cum datiuo apud Poetas reperitur. Horat. in Arte poetica: Inuitum qui seruat, idem facit occidenti. Oratores vero sic loquuntur: Cic. de Offic. Peripatetici quondam iidem erant, qui Academici. Ex eodem in Orat. Sit igitur hoc cognitum, numeros oratorios eosdem esse, qui sunt poetici. Idem de Natur. Deor. Dianam & Lunam eandem esse putant.

Lib. 2.
Lib. 1.

Genitiuus post possessiua.

Possessiua, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, loco genitiuorum, Mis, Tis, Sis, Nostrum, Vestrum, posita, genitiuum postulant.

Cic. ad Paullum: Moleste fero, me consulem tuum studium adolescentis perspexisse: te meum, cum id ætatis sim, perspicere non posse. Idem in M. Ant. Tuum hominis simplicis pectus vidimus. Idē Ant. Non debes mirari non posse me tanto dolori resistere: solius enim meum peccatum corrigi non potest. Horat. —cum mea nemo Scripta legat vulgo recitare timentis.

Lib. 15.
Philip. 2.
Lib. 1.
Sermo. 1.
Sat. 4.

Geni-

Genitiui, Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri.

VErba, participia, & nomina adiectiua, quæ patrium casum postulant, genitiuis, Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri, gaudent. Cic. Att. Te oro, vt quibus in rebus mei, tui indigebunt, nostris miserijs ne desis. Idem pro Rab. Posth. Equitem Romanum veterem amicum suum studiosum, amantem, obseruantem sui labentem excepit. Idem in Catil. Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui. Cæs. ad Cic. Nihil enim malo, quam & me mei similem esse, & illos sui.

Lib. 3. Orat. 4. Ad Att. Lib. 9.

Exceptio I.

Interest tamen, & Refert ablatiuos, Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra, sibi vindicarunt: quibus ablatiuis addi possunt genitiui, Vnius, Solius, Ipsius, ceterique, qui possessiuis adduntur. Mea vnius interest: Tua solius refert: Nostra ipsorum interest vitia extirpare: Tua Rempublicam administrantis interest semper vigilare.

Exceptio II.

Nomina numeralia, partitiua, comparatiua, & superlatiua genitiuos, Nostrum, Vestrum exigunt. Liu. Imperium summum Romæ habebit, qui vestrum primus o iuuenes, osculum matri tulerit. Curtius: Nolo singulos vestrum excitare. Cic. Q. Frat. Domus vtriusque nostrũ ædificatur egregie. Idem contra Rull. Omnibus vobis, aut maiori vestrum parti. Maximus natu vestrum.

Ab vrb. 1. Lib. 8. Lib. 2. Orat. 2.

Pronomina post substantiua.

POssessiua, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, coherent cũ substantiuis genere, numero, ca-

su,

su,cum possessio, vel actio significantur: Vt, Liber meus, ager tuus, studium nostrum, labor vester.

Exceptio.

At si substantiua significent partem aliquam generalem corporis, siue animi, cuiusmodi sunt Pars, Dimidium, Aliquid, genitiuis primitiuorũ vtemur, vt Nullam partem mei amisi, hoc est nõ amisi manum, pedem, memoriam. Amisisti ne quicquam tui? Cic. de Finib. Cui proposita est cõseruatio sui, necesse est huic partes quoque sui cariores esse, quo perfectiores sint. Terent. Adelph. Tetigi ne tui quidquam? Quinct. Minimam partem mei habent.

Lib. 5.

Lib. 7. c. 3.

Appendix.

Substantiua, quibus ambigua est significatio, vt Caritas, amor, memoria, desiderium, cura, itemque cetera, si possessionem, actionemve significent, possessiuis adhærescunt, vt Amor meus, desiderium meum, quo amo, desideroque. Sin passionem significent, genitiuos Mei, tui, sui, nostri, vestri flagitant, vt Amor mei, desiderium mei, quo amor, desideror que. Cic. Att. Dionysium flagrantem desiderio tui misi ad te. Idem ad eundem: Auiam tuam scito desiderio tui mortuam esse. Idem ad Planc. Me impulit tui caritas. Item ad Q. Frat. Nunc decedens relinque quæso, quam iucundissimam memoriam tui. Quinct. Postquam mei cura discesserat, Matrem, inquit, tibi hæc merita commendo.

Lib. 7.

Lib. 1.

Declam. 6

Aliquando vtrumq; coniungitur. Cic. Att. Nicias te, vt debet, amat, vehemẽterque tua sui memoria delectatur.

Lib. 13.

lectatur. Idem Cornificio: Grata mihi est vehementer memoria nostri tua. Lib. 12.

Reciproca, Sui, Sibi, Se.

RECiproco, Sui, Sibi, Se, vtimur, cum tertia persona transit in se ipsam, vt Cæsar recordatur sui, indulget sibi, amat se, loquitur secum. Cic. de Finib. Eorum, est hęc querela, qui sibi cari sunt, seseq; diligunt. Idem de Nat. Deor. Ipse sibi displicet. Lib. 5. Lib. 1.

Et accedente altero uerbo, ut Marcellus te Cęsar precatur, ut miserearis sui, ignoscas sibi, se in fidem tuam suscipias, ne se hostem existimes. Cic. in Orat. Ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, vt se dimitterem. Idem pro Sext. Rosc. Nunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies, noctesque stimulat ac pungit, vt euellatis, postulat. Idem Att. Qui etiam a me petierit, vt secum, & apud se essem quotidie. Lib. 5.

Reciprocum, Suus.

RECiproco, Suus, vtimur, cum tertia persona transit in rem a se possessam, ut Cicero recordatur Tironis liberti sui, indulget liberis suis, defendit suos clientes, scripsit hanc epistolam manu sua. Cic. in Verr. Aiebat multa sibi opus esse, multa canibus suis. Idem de Orat. Si Feræ partus suos diligunt, qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus? Lib. 5. Lib. 2.

Et accedente altero verbo, ut Timet Pompeius, ne a suis veteranis deseratur. Rogat te Cæsar, vt suas partes sequaris.

Vtimur præterea reciproco, Suus, cum res possessa in possessorem transit. Cic. Att. Vlciscentur illum mores sui. Idem de Arusp. Sua concio risit hominem. Idem pro Sest. Hunc sui ciues e ciuitate eiecerunt. Idem Att. Indulsit illi quidem suus pater semper.

Lib.9.

Lib.10.

Præpositionum Constructio.

VErba absoluta, & Intransitiua, præpositionum beneficio in casus transeunt. Cic. de Orat. Cum etiam tum in lecto Crassus esset, & apud eum Sulpicius sederet, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu, repente eo Quinctus Catulus senex cum C. Iulio fratre venit.

Lib.2.

TRansitiua, præter proprium casum, etiam præpositiones cum suis casibus admittunt. Cic. de Amic. Nihil est amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe cum propter virtutem, & probitatem eos etiam, quos numquam vidimus, quodammodo diligamus.

VErba composita sæpe casum præpositionis habent. Cic. de Finib. Cur ipse Pythagoras & Ægyptum lustrauit, & Persarum Magos adijt? Idem ad Q. Frat. Cum subito bonus imperator noctu urbem hostium inuasisset, in senatum se non committebat.

Lib.5.

Lib.3.

Et repetita præpositione. Idem in Verr. Ceteri hæredes adeunt ad Verrem. Idem in Ant. In Galliam

Lib.3.

Phil.11.

liam inuasit Antonius, in Asiam Dolabella, in alienam uterque prouinciam.

Hanc repetitionem amant multa verba composita ex præpositionibus, A, ab, ad, con, de, e, ex, in. Idem de Amic. Tu velim a me animum parumper auertas, Lælium loqui ipsum putes. Idem ad Q. Frat. Abduco equidem me ab omni Reipub. cura. Lib.3.

Casus præpositionum.

ACcusatiuo seruiunt Ad, apud, ante, aduersus, vel aduersum, cis, citra, circiter, circa, circum, cõtra, ergà, extra, intra, inter, infra, iuxta, ob, penes, per, pone, post, prope, propter, præter, secundum, supra, secus, trans, vltra, versus, vsque. Cic. in Brut. In pratulo prope Platonis statuam consedimus. Idem Att. Secundum te, nihil est mihi amicius solitudine. Idem in Verr. Erant acceptæ pecuniæ a Caio Verrutio, sic tamen, vt vsque alterum R, litteræ constarent integræ, reliquæ omnes essent in litura. Lib.12. Lib.4.

Versus.

VErsus, casui postponitur. Cic. Att. Verti me a Minturnis Arpinum uersus. Sulpicius Ciceroni: Ex Asia rediens, cum ab Aegina Megaram uersus nauigarem, cœpi regionem circumcirca prospicere. Lib.16. Lib.5.

ABlatiuo gaudent, A, ab, abs, absque, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, procul, palam, sine. Cic. in Pis. Mihi uero ipsi coram genero meo, propinquo tuo quæ dicere ausus es? Idem Attic. Paullo clam ijs eam vidi. Terent. Heaut. Lib.15.

—præ

— præ iracundia, Menedeme, nõ sum apud me.

Ab vrb. 6. Liu. Rem creditori palam populo soluit. Idem: Bel. Mac. 6. Haud procul occasu solis redeundi in castra tempus erat.

Tenus.

TEnus, quemadmodum, Versus, postponitur; atque fere patrium casum desiderat, si nomen sit multitudinis. Cic. in Arato: — & Cepheus conditur ante Lumborum tenus. Cœlius Ciceroni: Rumores illi de comitijs Cumarum tenus caluerunt. (Lib. 8.)

Sin singulare sit nomen, ablatiuo gaudet. Liu. Adeo nudauerat vada, vt alibi vmbilico tenus aquã esset, alibi genua vix superaret. (Bell. Pun. 6.)

A, AB, ABS.

A Consonantibus præponitur. Cic. in Ant. A, Antonius a fronte, a tergo, a lateribus tenetur. (Phil. 3.)

A B, vocalibus Idem Att. Cura & effice, vt ab omnibus & laudemur & amemur. (Lib. 1.)

Et nonnullis cõsonantibus. Idem pro Cluent. Ab nullo ille liberalius, quam a Cluentio tractatus est. Idem Att. Rex ab Senatu appellatus est. Præcipue L, R, & I, vt Ab legatis, ab Romanis, ab Ioue. (Lib. 5.)

A B S, T, & interdum, Q. Terent. And. O Daue itane contemnor abs te? Idem Adelph. Abs quiuis homine beneficium accipere gratum est.

In, *Sub*, *Super*.

IN, Sub, Super, modo accusatiuum, modo ablatiuum, pro varia significatione, postulant.

IN,

IN, cum verbis motus, accusatiuum amat. Cic. in Catil. Egredere ex vrbe Catilina, in exiliũ proficiscere. Orat. 1.

Item pro erga, cõtra, ad, pro, per, vt Brutus fuit pius in patriam, crudelis in liberos.

Olera, & pisciculos minutos fero obolo in cęnam.

Cõmodaui tibi librum in horam, diem, mensem, annum. Cic. in Cat. Crescit in dies singulos hostium numerus. Inuect. 1.

Cum vero quies, aut aliquid fieri in loco signi ficatur, ablatiuo gaudet, vt Sum in tẽplo, Deambulo in foro. Idem ad Att. In hac solitudine careo omnium colloquio. Lib. 12.

Et cũ ponit̃ pro Inter. Cic. de Amicit. Hoc primũ sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.

Sub.

SVb, fere accusandi casum postulat, pro Circiter, per, paullo ante, denique cum tempus adsignificat, vt Sub vesperum: sub noctem: sub lucis ortum. Sub idem tempus hæc gesta sunt. Cæsar: Pompeius sub noctem naues soluit. Liu. Sub equestris finem certaminis, cohorta est peditum pugna. Bel. Ciu. 1. Bell. Pun. 2.

Item pro Post. Cic. Planco: Sub eas litteras sta tim recitatæ sunt tuæ. Lib. 10.

Et cum verbis, motus, vt Clodius se sub scalas tabernæ librariæ coniecit. Nix sub aspectum & tactum cadit.

Cũ verbis, quietis, ablatiuũ petit, vt Cõsedim* sub umbra platani. Sub nomine pacis bellũ latet.

Super.

SVper, accusatiuo seruit, cũ præpositioni Subter, contraria est, maxime cum motus significatur, vt Sedeo super saxum: tegula cecidit super caput.

Item, cum significat Inter, vt Super Cœnam occisus est: Præter, Super cetera scelera, hoc etiã facinus commisisti: Vltra, Erant super mille Imperatores, imperante Augusto.

Ablatiuo adiungitur cum pro, De, ponitur. Cic. Att. Hac super re scribam ad te Rhegio. Lib. 16.

Et interdũ cum verbo quietis, maxime apud Poetas. Virg. Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte, Fronde super viridi. Eclog. 1.

Subter.

SVbter, ferme accusandi casum poscit, siue quietis, seu motus verbis adiungatur. Cic. 1. Tuscul. Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit.

Præpositio versa in aduerbium.

PRæpositio, cum casu priuatur, in aduerbium migrat. Cic. Att. Tu aduentare, ac prope adesse iam debes. Idem pro Flac. Multis post annis pecunia recuperata est. Idem de Nat. Deor. Sensibus, & animo ea, quæ extra sunt, percipimus. Lib. 4. Lib. 2.

Præpositiones alijs præpositionibus præpositæ.

PRępositiones nonnunquam alijs prępositionibus pręponuntur. Cic. ad Att. Ibi esse volo vsq; ad pridie Kalendas Maias. Idem ad eũdem, De Q. Fratre: Nũcij nobis tristes, neç varij venerunt, Lib. 1. Lib. 3.

runt, ex ante diem Nonas Iunias, vſque ad pridie Kalendas Septembris.

Vſque tamen, fere alteram prępoſitionem deſiderat. Idem in Verr. Maximis in laudibus vſq; ad ſummam ſenectutem, ſumma cum gloria vixit. Teren. Eun. Ex Æthiopia eſt vſque hæc. Cic. de Nat. Deor. Vſque a Thalete enumeraſti ſententias Philoſophorum. Lib. 7. Lib. 1.

Niſi præponatur nominibus oppidorum. Cic. in Ver. Sacerdotes vſque Ennam profecti ſunt. Terent. Adelph. Miletum vſque obſecro? Lib. 6.

Conſtructio Aduerbij.

Nominatiuus poſt aduerbium.

EN, Ecce, nominandi, ſeu accuſandi caſum admittunt. Cic. pro Deiot. En crimen, en cauſſa. Plaut. Amph. En tectum, en tegulas, en obductas fores. Cic. in Ver. Ecce noua turba, atque rixa. Idem de Finib. Ecce miſerum hominem, ſi dolor ſummum malum eſt. Lib. 6. Lib. 2.

Genitiuus poſt aduerbium.

SAtis, abunde, affatim, parum, inſtar, partim, ergo, pro cauſſa, genitiuum caſum poſtulant. Terent. Phorm. Satis iam verborum eſt. Cic. de Clar. Plato mihi vnus, inſtar eſt omnium. Liu. Victoriæ naualis ergo, in unum diem ſupplicatio decreta eſt. Bell. Mac. 7.

Aduerbia ſuperlatiua.

ITem, Aduerbia ſuperlatiua a nominibus orta. Cic. de Clar. Maxime omnium nobilium

Græcis litteris ſtuduit. Idem ibidem: Sæpiſſime audio illum omnium fere oratorum Latine loqui elegantiſſime.

Aduerbia loci.

VBi, vbinam, vbicũque, vbiuis, quouis, quoquo, nuſquam, genitiuos Terrarũ, Gẽtium, eleganter admittunt. Cic. Att. Quid ageres, vbi terrarum eſſes, ne ſuſpicabar quidem. Terent. Adel. — fratrem nuſquam inuenio gentium.

Lib. 9.

Dicitur &, longe gentium. Cic. Att. Tu longe gentium abes.

Lib. 3.

Huc ſpectant aduerbia, Eo, Huc. Liu. Eo conſuetudinis adducta res erat, vt quocũmq; noctis tempore ſibilo dediſſet ſignum, porta aperiretur. Senec. Eo ſcelerum peruentum eſt, vt parricidæ pater adſit. Curt. Huc enim malorum ventum eſt, vt uerba mea eodem tempore & Alexandro excuſem, & Antiphani.

Bell. Pun. 5.
Lib. 5. Contr.
Lib. 6.

Pridie, & Poſtridie.

PRidie, & Poſtridie, & genitiuum, & accuſatiuum caſum petunt. Cic. Att. Pridie eius diei venit. Idem Appio: Pridie Nonas Iunij cum eſſem Brundiſij, &c. Cæſ. Poſtridie eius diei Cæſar præſidio vtriſq; caſtris, quod ſatis eſſe viſum eſt, reliquit. Cic. Att. Poſtridie ludos Apollinares.

Lib. 11.
Lib. 3.
Bel. Gal. 1.
Lib. 16.

Datiuus poſt aduerbium.

QVędam datidi caſum petunt, more eorum, vnde deducuntur, vt Congruenter conuenienterque naturæ viuere. Dicere conuenienter rationi. Obuiam alicui ire, procedere, prodire. Nam, congruens, conueniens, obuius, datiuo gaudent.

dent. Cic. de Finib. Non quæro quid dicat, ſed quid conuenienter rationi poſſit, & ſententię ſuę dicere. Idem: Cæſari ex Hiſpania redeunti obuiā longiſſime proceſſiſti. Plin. Platoni ſapientiæ antiſtiti Dionyſius tyrannus vittatam nauem miſit obuiam. (Lib.2. / Phil.2. / Lib.7. cap.30.)

Accuſatiuus poſt aduerbium.

PRopius, Proxime, accuſandi caſum exigunt. Cic. Epiſt. ad Octau. Cur caſtra longius aduerſariorum caſtris, & propius Vrbem mouentur? Idem in M. Anton. Brutus operam dat, ut cū ſuis copijs quam proxime Italiam ſit. (Phil.10.)

Ab hinc.

AB hinc, verbis præteriti temporis iunctum, accuſatiuum, ſeu ablatiuum poſtulat. Cic. in Verr. Horum pater ab hinc duos & uiginti annos eſt mortuus. Idem pro Quinct. Quo tempore? Ab hinc annis quindecim. (Lib.4.)

Ablatiuus poſt aduerbium.

COmparatiua ablatiuo gaudent. Cic. de Inuent. Lacryma nihil citius areſcit. Idem ad Curionem: Nemo eſt, qui tibi ſapientius ſuadere poſſit, te ipſo. Ter. Hecyr. Dies triginta, aut plus eo, in naui fui. Idem Heaut. — annos ſexaginta natus es, Aut plus eo, vt conijcio. (Lib.1. / Lib.2.)

Aduerbia loci.

ADuerbia, quibus interrogamus, ſunt hæc: vbi, vnde, quo, qua, quorſum.

Hic, iſtic, illic, & cetera.

AD interrogationem, Vbi, redduntur hæc: Hic, iſtic, illic, ibi, inibi, ibidem, alibi,

alicubi, vbique, vtrobique, vbilibet, vbiuis, vbicunque, paſſim, vulgo, intus, foris, nuſquam, longe, peregre. Item, ſupra, ſubter, infra, ante, poſt, extra, cum fiunt aduerbia. Cic. ad Torquatum: Nemo eſt, quin vbiuis, quam, ibi, vbi eſt, eſſe malit.

Lib. 6.

Hinc, iſthinc, & cetera.

AD Vnde, redduntur hęc: Hinc, iſtinc, illinc, inde, indidem, aliunde, vndelibet, vndeuis, vndique, vndecumque, vndequaque, aliunde, vtrinque, eminus, comminus, ſuperne, inferne, peregre, intus, foris. Terent. Heaut. Vide, nequo, hinc ab eas longius.

Huc, iſtuc, & cetera.

AD Quo, redduntur hæc: Huc, iſtuc, illuc, eo, eodem, illo, aliquo, alio, neutro, vtroque, quoquo, quocunque, quouis, quolibet, intro, foras, peregre, longe, nuſquam. Terent. Hecyr. Abi Parmeno intro, ac me veniſſe nuncia.

Hac, iſtac, & cetera.

AD Qua, redduntur hæc: Hac, iſtac, illac, aliqua, qualibet, quæcunque. Teren. Eun. Plenus rimarum ſum; hac, atque illac perfluo.

Horſum, iſtorſum, & cetera.

AD Quorſum, ideſt, Quem locũ verſus, redduntur hæc: Horſum, iſtorſum, illorſum, aliorſum, deorſum, ſurſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, lęuorſum, prorſum, rurſum, introrſum vel introrſus, retrorſum vel retrorſus, quoquouerſũ, vel quoquouerſus. Terent. Phorm. Horſum pergunt. Idẽ, ibidem: Sex ego te totos Parmeno hos men-

mensses quietum reddam; ne sursum, deorsum, cursites.

VT, pro Postquam, Quomodo.

VT, pro Postquam, Indicatiuũ petit. Cic. Att. Vt ab Vrbe discessi, nullum prętermisi diẽ, quin aliquid ad te litterarum darem. Lib. 7.

Item pro Quomodo, cum quadam admiratione. Idem ad eundem: Cn. noster, o rem miseram & incredibilem, vt totus iacet. Teren. Eun. Vt falsus est animi. Lib. 7.

VT.

POst has voces, Adeo, ita, sic, tam, talis, tantus, tot, fere numquã ponitur, Quod, Sed, Vt, cũ Subiunctiuo. Cic. pro Rab. Adeo ne hospes huiusce Vrbis, adeo ne ignarus es disciplinæ, consuetudinisque nostrę, vt hæc nescias? Idem Tuscul. 1. Non sum ita hebes, vt ista dicam.

ANtequã, tum Indicatiuis, tum Cõiunctiuis iungitur. Cic. pro Muręna: Antequam pro Muręna dicere instituo, pro me ipso pauca dicã. Idem in M. Anton. Antequam de Rep. Patres. Cic. Dicam ea, quę dicenda hoc tempore arbitror; exponam vobis breuiter consilium & profectionis, & reuersionis meę. Phil. 1.

Priusquam.

PRiusquam, iisdem modis gaudet. Ter. Andr. Omnia experiri certum est, priusquam pereo. Cic. in M. Anton. Priusquam de Rep. dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Anton. iniuria. Idem pro Mil. Præclare vixero, si quid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro. Phil. 1.

Bel. Cat. Sall. Priusquam incipias, consulto, & vbi consulueris, mature facto opus est.

NE, vetandi.

NE, Subiunctiuum petit, cum aliquid prohibemus. Terent. Eun. Ne post conferas culpam in me. Liu. Ne tot annorum fœlicitatem in vnius horæ dederis discrimen.

Bell. Pun. 10.

Petit & Imperatiuum, maxime apud Poetas. Plaut. Persa, Abi, ne iura; satis credo. Virg. Ne fugite hospitium, neve ignorate Latinos.

Lib. 7.

NAE.

NÆ, hoc est, profecto, pronominibus præpositum, Indicatiuum, vel Cõiunctiuum petit. Terent. Adelph. Næ ego homo sum infelix. Cic. in Ant. Næ tu, si id fecisses, melius famæ tuæ consuluisses. Idem 1. Tusc. Næ ille vir sapiens lætius ex his tenebris in lucem illam excesserit.

Philip. 1.

Per, Perquam, &c.

PEr, Perquam, sane, valde, oppido, in primis, cum primis, apprime, admodum, vehemẽter, & alia id genus fere positiuis gaudent. Cic. de Finibus: Hæc quidem est perfacilis, & perexpedita defensio. Idem de Orat. Quod mihi quidem perquam puerile videri solet. Idem ad Teren. Sin ad nos pertinerent, seruirent, præterquam oppido pauci. Idem in Verr. Philodamus erat in primis inter suos copiosus. Idem in eundem: C. Mustius homo cum primis honestus.

Lib. 3. Lib. 2. Lib. 14. Lib. 3. Ibidem.

Quam, affectibus seruiens.

QVam, cum admirationi, commiserationi, atque interrogationi cum admiratione permistæ

mistæ seruit, positiuis iungitur, vt Quam multi auaritiæ student: Heu quam fallaces sunt hominum spes, quam inanes cogitationes. Cic. de Amic. Quam multa, quę nostra caussa, nunquam faceremus, facimus caussa amicorum. Quinctil. Quam multa, immo pene omnia tradit Varro. Lib. 12. cap. 11.

Quam, pro Quantum.

QVam, pro Quantum, positiuis præponitur. Cic. Trebatio: Quam sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest. Quam gratum hoc munus fore patri tuo arbitraris? Nescis quam sint stulti, qui suis cupiditatibus seruiunt. Lib. 7.

Exceptio.

QVam, pro Quantum, cum verbo, Possum, iunctum, superlatiuis adiungitur. Ci. Catoni: Quam potui maximis itinerib. ad Amanum exercitum duxi. Idem de Nat. Deor. Aues nidos construunt, eosque quam possunt mollissime substernunt. Lib. 15. Lib. 2.

Quam vt.

QVam vt, eleganter comparatiua sequitur. Cic. de Orat. Hoc altius est, quam vt nos humi strati suscipere possimus. Lib. 3.

Quam, pro Valde.

QVam, pro Valde, superlatiuis elegantissime adiungitur. Cic. Valerio: Vehementer te rogo vt cures, vt ex hac commendatione mihi Cuspius quam maximas, quamprimum, quam sæpissimę gratias agat. Lib. 13.

Tam,

Tam, Quam.

TAm, & Quam, positiua frequentissime, superlatiua rarius, comparatiua rarissime copulant. Cicer. in Orat. Nemo Orator tam multa, ne in Græco quidem otio scripsit, quam multa sunt nostra. Sallust. Quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est. Terent. Heaut. — namque adolescens quã minima in spe situs erit, Tam facillime patris pacem in leges conficiet suas. Cic. pro Deiot. Per dexteram te istam oro, quam Regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti: istam, inquam, dexteram non tam in bellis, & in prælijs, quam in promissis, & fide firmiorem.

Iugurth.

Ponitur interdum, tam, separatim cum superlatiuo. Cic. in Anton. Nondum erat vestris tam grauissimis, tamque multis iudicijs, ignominijsque concisus.

Phil. 12.

Aduerbia in Vm.

ADuerbia in Vm, positiuis gaudent, vt Parum, multum, nimium, tantum, quantum, aliquantum. Cic. Att. Parum firma sunt quæ de fratre meo scribis. Idem in Rull. Socer huius, vir multum bonus est. Idem de Finib. In rebus apertissimis nimium longi sumus.

Lib. 10.

Lib. 2.

Aduerbia, O, finita.

PAullo, nimio, aliquanto, tãto, eo, quo, multo. Hoc, pro Tanto, comparatiuo adhærent. Cic. de Offic. Quanto superiores sumus, tanto nos submissius geramus. Cic. de Amic. Nec vero corpori solum subueniendum est, sed etiam menti, atque animo multo magis. Plancus Ciceroni:

Lib. 1.

Lib. 10.

Certe hoc maius habes testimoniũ, amoris mei, quo maturius tibi, quam ceteris consilia mea voluí esse nota. Luceius Ciceroni: Ego valeo, sicut soleo: paullo tamen etiam deterius, quam soleo. Lib. 5.

Appendix.

Multo, etiam superlatiuis additur. Cic. in Verr. Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenij, atque eloquentiæ multo molestissima. Lib. 1.

Item, Longe, pro Valde. Cic. in Bruto: Longe post natos homines improbissimus C. Seruilius, sed peracutus, &c.

Facile, cum, Sine dubio, Sine controuersia, significat, superlatiuis gaudet, aut ijs, quæ eorum vim habent. Idem pro Rabirio Posth. Virum vnum totius Græciæ facile doctissimum Platonem in maximis periculis, insidijsque versatum esse accepimus. Idem pro Sext. Rosc. Non solum sui municipij, verum etiam eius vicinitatis facile primus. Idem pro Cluent. Regionis illius, & vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Quinctil. In affectionibus vero tum omnibus mirus, tum in ijs, qui miseratione constant, facile præcipuus. Lib. 10. cap. 1.

Interiectionis Constructio.

O.

O Tribus casibus adiungitur. Nominandi. Terent. Phorm. O vir fortis, atque amicus. Accusandi. Cic. Terentiæ: O me perditum, o me afflictum. Vocandi. Ter. And. O Daue, ita ne contemnor abs te? Lib. 14.

HEV,

HEV, PRO.

HEu, & Pro, modo nominandi, vel potius vocandi casum postulant. Virg. Heu pietas, heu prisca fides. Liu. Tantum, pro dolor, degenerauimus a parentibus nostris.

Lib. 6.
Bel. Pun. 2.

Modo accusandi. Cic. in M. Anto. Heu, me miserum, cur senatum cogor; quem semper laudaui, reprehendere? Idem in Verr. Proh Deum, hominumque fidem.

Phil. 7.
Lib. 5.

HEI, VÆ.

HEi, Væ, datiuo gaudent. Terent. Heaut. Hei misero mihi. Idem And. Væ misero mihi.

Coniunctionis Constructio.

COniunctiones copulatiuæ, & disiunctiuæ cum ad idem uerbum referuntur, similes casus connectunt. Cic. in Anton. Quis non doleat interitum talis & uiri, & ciuis? Sall. Diuitiarum, & formæ gloria fluxa, atque fragilis est. Cic. de Senect. Quid de pratorum uiriditate, aut arborum ordinibus, aut uinearum, oliuetorumque spetie dicam?

Phil. 12.
Bell. Cat.

Quam, Nisi, An, Præterquam.

QVam, Nisi, An, Præterquã eosdem itidem casus copulant. Cic. Attic. An existimas ab vllo male me legi, probarique, quam a te? Idem pro Sest. Quem unquã Senatus ciuem, nisi me, nationibus exteris commendauit? Idem de Orat. Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus, an iudices. Idem in Catil. Pro tantis rebus nul-

Lib. 5.
Lib. 3.
Inuect. 3.

nullum a vobis præmium postulo, præterquam huius diei memoriam sempiternam.

Exceptio.

ALiquando huic constructioni certa dictionum proprietas obstat, ut Fui Romæ, & Athenis: Aut Brundusij, aut Sulmone mortuus est. Emisti ne librum centusse, an minoris? Malim Panormi, quam Syracusis esse.

Etsi, Tametsi, Quamquam.

ETsi, Tametsi, Quamquam in principio statim sententiæ, Indicatiuum postulant. Cic. pro Mil. Etsi vereor iudices, &c. Idem Lent. Tametsi nihil mihi fuit optatius. Idẽ Plãco: Quamquã gratiarum actionem a te non desiderabam. | Lib. 1. Lib. 10.

Alibi etiam Subiunctiuum admittũt. Quinct. Cedi uero discentes, quamquam receptum sit, & Chrysippus non improbet, minime velim. | Lib. 1. c. 8.

Etiamsi, Quamuis, Licet, Vt, pro Quamuis.

ETiamsi, Quamuis, Licet, Vt, pro Quamuis, Subiunctiuo gaudent. Cic. de Amicit. Omnia breuia tolerabilia esse debent, etiamsi maxima sint. Idem in Anton. Homines quamuis in rebus turbidis sint, tamen, si homines sunt, interdum animis relaxantur. Idem post Redit. in Senat. Tantus vester consensus de salute mea fuit, ut, licet corpus abesset meũ, dignitas in patriam reuertisset. Idem pro Quinct. Vt summa haberẽ cetera, temporis quidem certe uix satis habui. | Phil. 2.

NE, caussalis.

NE, caussalis, Coniunctiuum amat. Terent. Andr. Hei vereor, ne quid Andria apportet

mali.

mali. Idem Eun. — nunc metuo fratrem, Ne intus ſit. Idem Andr. — tum autem hoc timet, Ne ſe deſeras.

Vt, Ne, & Ne non.

VEreor, Timeo, Metuo, cum Vt, aut Ne, iunguntur, ſed cõtraria ſignificatione: Vereor vt velim, ſed, ut metuo, id quod velim, non fiet. Vereor ne nolim, ſed, vt metuo, id quod nolim, fiet. Ter. Phor. Vereor vt placari poſſit, hoc eſt velim poſſe placari, ſed, ut timeo, non placabitur. Idem And. Hei vereor ne quid Andria apportet mali, hoc eſt nolim apportare, ſed, ut timeo, apportabit. Ne non, idem eſt, quod Vt. Cic. Att. Lib. 9. Timeo ne non impetrem.

Appendix.

Si tertiam addideris negationem, te omni metu liberum ſignificabis. Idẽ in Verr. Lib. 6. *Non vereor ne hoc officium meum P. Seru. non probem: hoc eſt, Non dubito, quin hoc officiũ meum P. Seruilio ſim probaturus.*

VT NE, pro Ne.

VT NE, peruenuſte ponitur pro Ne. Cic. Lib. 3. in Verr. Impetrant, vt ne iurent. Idem ad Lib. 3. Q. Fra. Opera datur, vt iudicia ne fiant. Idem Bru Lib. 13. to: Semper animaduerti, ſtudioſe te operam dare, ut ne quid meorum tibi eſſet ignotum.

NI, NISI, SI.

NI, Niſi, Si, tum Indicatiuum, tum Coniunctiuum amant. Terent. And. Mirum ni domi eſt. Idem Phorm. Ni noſſem cauſſam, crederem uera hunc loqui. Cic. in Verr. Lib. 4. Ni reſtituiſſent ſtatuas, vehementer his minatur.

NI-

NISI.

Idem de Amicit. Ortum quidem amicitiæ videris, nisi quid adhuc forte vultis. Ibidem: Nisi immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus, quod homini fas esset optare?

SI.

Terent. Andr. Si illum relinquo, eius vitę timeo: sin opitulor, huius minas. Ibidem: Si id facis, hodie postremum me vides. Cic. ad Att. Si hortos inspexeris, dederis mihi quod ad te scribam: sin minus, scribam tamen aliquid. Idem ad eundem: Expeditus facito vt sis, si inclamaro, vt accurras. Lib. 15. Lib. 2.

Quod, caussalis.

QVod, cum caussam, ac rationem reddit, tam Indicatiuo, quam Coniunctiuo gaudet. Cic. Att. Fecisti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me misisti. Idem ad eundem: Vtinam illum diem videam, cum tibi gratias agam, quod me viuere coegisti. Ad eundem: Admiratus sum, quod ad me tua manu scripsisses. Idem de Diuin. Vetus autem illud Catonis admodum scitum est; qui mirari se aiebat, quod non rideret aruspex, aruspicem cum uideret. Lib. 2. Lib. 3. Lib. 9. Lib. 2.

Appendix.

Verbum, Videor, coniunctionem Quod, refugit. Ne ergo dixeris, Videtur mihi quod sũ doctus, quod es doctus, quod ille est vir doctus: sed, Videor mihi esse doctus: Videris mihi esse doctus: Ille sibi videtur esse vir doctus. Et numero multitudinis eodem modo: Videmur nobis esse docti: Videmini vobis esse docti:

Lib.9. *cti: Illi videntur sibi esse viri docti. Cic. Att. A-*
Lib.2. *mens mihi fuisse videor. Idem ad eundem: Relega-*
tus mihi videor, postea quam in Formiano sum. Idem
Phil.2. *in M. Ant. Nescio quid turbatus mihi esse videris.*
In episto. *Terent. Andr. Subtristis visus est esse aliquantulum*
Ad Att.9. *mihi. Atticus Ciceroni: Sol excidisse mihi e mundo*
Bel.Pun.8 *videtur. Liu. Næ tibi, P. Corneli, cum ex alto Afri-*
cam conspexeris, ludus & iocus fuisse Hispaniæ tuæ
videbuntur.

QVIA.

QVia, pro quod, vtrumque modum admittit. Cic. de Amicit. Recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, vt beate vixisse uidear, quia
Lib.1. cum Scipione vixerim. Idem de Finib. Neque quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor
Lib.6. sit, amet. Idem in Verr. Quarta autem est vrbs: quæ, quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur.

De Figurata Constructione.

ORatio tres virtutes habere debet, vt Emendata, vt Dilucida, vt Ornata sit: quibus virtutibus totidem uitia contraria sunt. Nam Emendatæ Barbara, Dilucidæ Obscura, Ornatę Inornata aduersatur.

Barbaræ Orationis vitia.

DVo sunt vitia, quibus oratio barbara, atque rustica efficitur, Solœcismus, & Barbarismus: quę qui pure, ac emēdate loqui volet, omni contentione, velis, vt ita dicam, remisque fugiet.

Quid

Quid sit solœcismus, & quot modis fiat.

SOlœcismus Constructionis, atque Emendatæ orationis, de qua hactenus egimus, hostis infestissimus, est vitiosa partiū orationis compositio. Is fit quattuor modis. Adiectione, cum aliquid orationi contra præcepta Grammaticę adijcitur, vt scribo cum calamo: Ludo cum pila.

Detractione, cum aliquid eodem modo detrahitur, vt eo forum. Redeo agro: ne hoc fecit: Pro Ne hoc quidem fecit.

Transmutatione, cum partium orationis ordo turbatur, ut Quoque ego: Enim hoc voluit: Autem non habuit.

Immutatione, cum pars vna orationis pro alia ponitur, ut Stulti graue ferunt res aduersas. Graue, pro grauiter, nomen pro aduerbio.

Fiunt Solœcismi etiā per ceteras orationis partes. Item per ea, quæ cognata sunt, idest eiusdem generis, ac partis, vt Eo intus, Sum intro. Quid huc agis? Quando hic venisti? Scripsit ne Cicero hanc orationem, aut Hortensius? Aut, pro An. Non feceris cuiquam iniuriam, pro Ne. Eo apud forum.

Denique fiunt & per ea, quæ partibus orationis accidunt.

Per genera, vt Sapientes lęto fronte res aduersas ferunt.

Per casus, vt Quo is? Romæ: Venio Brundisij.

Per numeros, si vnū ad te vocās, dicas: Venite.

Per personas, si quempiam honoris caussa ita alloquaris: Sedeat, Accedat, pro Sede, Accede.

Per modos, vt Peto a te, vt mihi opem fers.

Per genera uerborum, vt Mox reddam, pro redibo: ponitur enim actiuum, pro neutro.

Appendix:

Lib. 1. c. 5. *Fuerunt, vt ait Quintilianus, qui Adiectionis vitium Pleonasmon; Detractionis, Eclypsin; Transmutationis, Anastrophen appellarint, negantes hæc vitia species esse Solœcismi.*

Quid sit figurata Constructio. Quid figura.

CVm apud viros doctos, & qui pure loquendi laude floruerũt, aliquid legerimus, quod Grammaticorum legibus repugnare videatur; non continuo existimabimus, eos Solœcismum fecisse: cum ipsorum auctoritate, testimonijsque soleant Grammatici ipsi sua præcepta confirmare. Nam sunt quædam quæ faciem quidem Solœcismi habent; vitiosa tamen non sunt. Hoc nouum loquendi genus, Figura verborum, aut sermonis, aut orationis, siue, ut Græci loquuntur, σχῆμα λέξεως appellatur.

Est enim Figura, noua loquendi ratio a trito & vulgari sermone remota; quæ fere ratione aliqua nititur.

Enallage.

Enallage figura est, cum pars vna orationis pro alia ponitur. Cic. Att. Quam turpis est assentatio, cum viuere ipsum turpe sit nobis. Idem ad eundem: Philotinus non modo nullus venit, sed ne per litteras quidem, aut per nuncium, certiorem facit me. Terent. Andr. Ita facto opus est.

Lib. 13.

Lib. 12.

Fit etiã Enallage per attributa partiũ orationis.

Per

Per casus. Cic. pro Sext. Rosc. Duo isti sunt Titi Roscij, quorũ alteri Capitoni cognomen est.

Per numeros. Plin. In Africa, magna pars ferarum æstate non bibunt, inopia imbrium. Lib. 10. cap. 73.

Per modos. Terent. Andr. Si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris. Cic. Att. Respi raro, si te videro. Lib. 2.

Per tempora. Idem in Verr. Vnum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui emptũ esse, vicisti. Lib. 3.

Eclypsis.

Eclypsis figura est, cum id, quod in oratione deest, foris omnino petendum est. Cic. ad Att. Ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanũ. Idem in Verr. Ridere conuiuæ calumniari ipse Apronius. Idem Att. Quid mihi auctor es? aduolo ne, an maneo? Idem pro Planc. Pro vno filio duos patres deprecamur. Lib. 15. Lib. 5. Lib. 13.

Zeugma.

Zeugma figura est, cum id, quod in oratione desideratur, e proximo assumitur, manente eodẽ genere, numero, casu, ceterisque attributis. Cic in vltimo Paradoxo: Nulla possessio, nulla vis auri, pluris quam uirtus, æstimanda est. Idem pro C. Rabir. Virtus & honestas, & pudor, cum Consulibus esse cogebat.

Syllepsis.

Syllepsis est, cum id, quod in oratione deest, e proximo assumitur, mutato tamen genere, aut numero, aut casu, aut aliquo e ceteris accidentibus. Cic. in Verr. Risus populi, atque admiratio omnium facta est. Liu. Nulla expeditio, nullum Lib. 6. Bel. Ma. 7

Lib.2. equeſtre prælium ſine me factum eſt. Cic. ad Q. Bel. Mac. Frat. Ille timore, ego riſu corrui. Liu. Nemo mi- 7. les Romanus magis aſſiduus in caſtris veſtris Ibidem. fuit, quam ego fratreſque mei. Idem: Pater, ego, fratreſq; mei non in Aſia tantum, ſed etiam procul ab domo, Ætolico bello, terra, marique pro uobis arma tulimus.

Prolepſis.

Prolepſis eſt, cum dictio aliqua totum ſignificans prçceſſit, quç rurſus in partibus intelligitur, neque explicatur, ut Duo reges Romam auxe- Ab vrb. 1. runt, Romulus bello, Numa pace. Liu. Ita duo deinceps reges, alius alia uia; ille bello, hic pace Bell. Cat. ciuitatem auxerunt. Sall. Exercitus hoſtiũ duo, vnus ab Vrbe, alter a Gallia obſtant.

Archaiſmos.

Archaiſmos, conſtructio eſt, qua priſca vetuſtas potiſſimum vſa fuit. Teren. Eun. Neſcio quid profecto abſente nobis turbatum eſt domi. Idem ibidem: Eijcienda eſt Hercle hæc animi mollicies, nimis me indulgeo. Plaut. Milit. Iura te non nociturum eſſe hominem de hac re neminem. Lib.5. Cic. in Verr. Hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum.

Helleniſmus.

Helleniſmus, eſt conſtructio quæ Grçci ſermo Lib.5. nis leges, non Latini obſeruat. Lucceius ad Ciceronẽ: Si ſolitudine delectaris, cũ ſcribas, & agas aliquid eorum, quorũ conſueuiſti, gaudeo. Virg. Eglog.5. Mõtibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas. Eglog.3. Idẽ, Triſte lup' ſtabulis, maturis frugib' ĩbres.

Idem,

Idē, Dulce ſatis humor, depulſis arbut⁹ hędis. Ibidem.
Idē, Os, humeroſque deo ſimilis. Æneid. 1.
Idē, Hęc fatus, latos humeros, ſubiectaq; colla, Æneid. 2.
Veſte ſuper, fuluiq; inſternor pelle leonis.

DE BARBARISMO.

BArbariſmus, eſt dictio, aut omnino Barbara, aut Latina quidem, ſed vitioſa ſcripto, vel pronunciatione. Barbara omnino, & peregrina, vt Perla, pro Vnione: Auiſo, pro admoneo: & alia generis eiuſdem.

Latina dictio, vitioſa fit pluribus modis.

Per genera, vt Gladia, pro Gladij.

Per numeros, vt Scopa, pro Scope: Tritica, pro Triticum.

Per declinationem, vt Fames, famei, pro famis: Vaſibus, pro vaſis.

Per coniugationem, vt Staui, pro Steti: Legebo, pro Legam: Veneraui, pro veneratus ſum.

Diuiſione, cū diuidimus cōiūcta, vt Sylue, diſſoluo quattuor ſyllabarū, ꝓ Syluæ, diſſoluo triū.

Complexione, cum diuiſa coniungimus, ut Phæton, pro Phaëton.

Adiectione litteræ, ut Relliquię gemino, l, pro ſimplici: Alituum, pro Alitum.

Syllabę, ut Dicier, pro dici: Mauors, pro Mars.

Adſpirationis, ut hinſidiæ, cum ſcribendum ſit ſine adſpiratione.

Temporis, cum ſyllabæ breui, quæ unum habet tempus additur alterum, ut fiat longa, vt Italia prima longa pro breui.

Detractione litteræ, ut peculi, pro peculij.
Syllabæ, vt Temnere, pro Contemnere.
Adſpirationis, vt odie, pro hodie.

Temporis, cũ ſyllabæ longæ, quæ duo habent tempora, vnum detrahitur, vt fiat breuis, vt Vnius, Affligit, media breui, pro longa.

Immutatione, cum littera una, aut ſyllaba pro alia ponitur, vt olli, pro illi.

Tranſmutatione, cum littera, aut ſyllaba e ſuo loco in alienum transfertur, vt Interpetror, pro Interpretor.

Fiunt denique barbariſmi Tenore, cum accentu alio, pro alio utimur, vt ſi præpoſitiones a ſuis caſibus ſeparemus, eaſque tenore acuto, uel inflexo pronuntiemus, ut ad eum, ab illo, a quibus, circum litora: cum graui accentu, diſſimulata diſtinctione ſimul cum ſuis caſibus pronunciandæ ſint, tanquam ſi vna eſſet vox.

Admonitio.

PVer, cum leget apud Virgilium,

Eglog. 1. *Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.*

Æn. 1. *Aut, Troas relliquias Danaum, atque immitis Achilei.*

Æn. 11. *Aut, Alituum, pecudumque genus ſopor altus habebat.*

Æn. 1. *Aut, Italiã fato profugus, Lauinaq; uenit Litora.*

Ibidem. *Aut, Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.*

Cum hæc inquam, & ſimilia leget, ne putet principem Poetarum barbariſmum feciſſe, multa enim Poetis permittuntur, quæ ceteris ſcriptoribus denegantur.

tur. Neque miretur, si apud M.Tullium, oratorum principem, Liberum, Sestertium, Cognoram, Norunt, aliasque id genus verborum imminutiones offenderit: neque enim barbarismi sunt detractione: siquidem a consuetudine, certissima loquendi regula, impetratum est, vt etiam oratoribus sic loqui liceret.

Obscuræ Orationis Vitia.

VErba inusitata, & a consuetudine quotidiani sermonis remota, obscuritatem, & tenebras orationi afferunt: vt, si quis Oppido, pro ualde dicat: Auerruncare, pro Auertere Eandem, obscurat uitium, quod a Græcis, Acyron, a Latinis, Improprium, dicitur, ut Sperari, pro Timere.

Virg. Hunc ego si potui tãtum sperare dolorem. Æn. 4.

Item, ambiguitas, quę Amphibolia, Græce appellatur: idque, vel in uno uerbo, ut Taurus, animal sit, an mons, an signum in cęlo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum, non intelligetur: Vel, in sermone, ut Audiui Chremetem percussisse Demeam.

Obscuratur præterea oratio cum sermoni deest aliquid, quo minus plenus sit, μείωσις Meosis, hoc est, diminutio.

Vel contra, cum inani verborum turba atque copiosa loquacitate obruitur oratio, Perissologiam uocant.

Impedit deniq; sermo, quo min⁹ dilucidus sit,

si longa Parenthesis interijciatur, aut si verba cõfusa, permistaq; longius traijciantur. Horat.

Serm.1. Sat.5.

Namque pila, lippis inimicũ & ludere, crudis. Rectus enim ordo est, Namq; pila ludere, inimicũ est lippis, & crudis: quod vitium Synchysis, vel Hyperbaton obscurum, hoc est, confusa ac perturbata verborum trãsgressio, vocatur. Si hæc vitia vitabimus, dilucidia erit oratio.

Appendix.

Cum orationis structura, decoris gratia, uariatur, neglecto simplici sermonis ordine, non uitium est, sed virtus, quæ Hyperbaton appellatur, idest, transgressio verborum. Cic. pro Cluent. Animaduerti iudices, omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. In duas partes diuisam esse, simplex erat ordo, sed durus, & incomptus.

Hyperbati aliquot species.

HYperbati, siue Transgressionis aliquot sunt species.

Anastrophe, est duorum uerborum ordo præposterus, vt Mecum, Tecum, Secum, Nobiscum, Quibus de rebus.

Anastrophe illa, Vrbem quam statuo, vestra est, Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit, pro Quam urbem statuo; Quem Eunuchum dedisti nobis, admodum dura est.

Lib.5.

Tmesis est, cum uerbum compositum diuiditur, aliqua dictione interposita. Cic. Att. Per mihi gratũ erit, si id curaris ad me perferendum. Idem de Senect. Omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed etiam externa bella.

Eius-

Eiusdem generis sunt illa, Rem vero publicã penitus amisimus. Præclarum est pro patria, reque publica mortem oppetere.

Parenthesis, est breuis sensus, sermoni, antequam absoluatur, interiectus. Cic. in M.Ant. O præclarum custodem ouium, ut aiunt, Lupum. Phil. 3.

Liu. Tantum, proh dolor, degenerauimus a parentibus nostris. Bel. Pun. 2.

Inornatæ Orationis Vitia.

CAcophaton, est obscenum dictum, siue id, vno verbo, siue pluribus, siue deformi litterarum concursu fiat.

Tapinosis est, qua rei magnitudo, vel dignitas minuitur, vt si quis parricidam, hominem nequam vocet.

Tautologia, est eiusdem verbi aut sermonis iteratio: verbi, vt Nam cuius rationis ratio non extat, ei rationi ratio, non est fidem habere. Sermonis, vt Ibant, qua poterant: qua non poterant, non ibant.

Vitanda est & nimia eiusdẽ litteræ assiduitas, vt Quidquã, quisquã, cuiquã, ꝙ conuenit, neget.

Macrologia, est longior, quam oporteat, sermo. Liu. Legati non impetrata pace retro domũ, vnde venerant abierunt.

Pleonasmos, est uitium, cum superuacuis uerbis oneratur oratio, ut Ego meis oculis uidi: Satis est enim, Vidi.

Cauendũ etiã diligẽter est, ne cõsonãtes aspe-

re

re concurrant, vt S, vltima cum X, proxima, vt Exercitus Xerxis.

Durior etiam fit cōcursus, si utraque se ipsam sequatur, vt Ars studiorum: Rex Xerxes.

Vitandi & crebi uocalium concursus, quæ vastam, & hiantem orationem reddunt, vt Baccæ æneæ amœnissimæ impendebant. Viro optimo obtemperasti olim.

Illud quoque uitium est, si multæ uoces eiusdem exitus in unum locum congerantur, vt Flentes, plorantes, lacrymantes, obtestantes.

Et, si verbi prioris vltimæ syllabæ sint primæ sequētis, ut O fortunatā natā me Cōsule Romā.

Appendix.

Si quando puer apud graues Oratores aliquid offenderit, quod superuacaneum atque otiosum esse videatur, ne id sine caussa factum esse putet. Adduntur enim interdum quædam affirmationis gratia. Terr. Adelph. Hisce oculis egomet vidi. Virg. Vocemque his auribus hausi.

Æn. 4.

ADduntur & alia, quæ, aut cōsuetudine, aut auctoritate, aut vetustate, aut necessitate denique excusantur. Cic. ad Att. Vbi terrarū esses, ne suspicabar quidem. Idem ad eundem: Longe gentium abes. Ad eundem: A Brūdusio nulla adhuc fama venerat. Idē de Senect. Adolescētulus miles profectus sum ad Capuā. Idē in Verr. Ceteri hæredes adeunt ad Verrē. Idē ad Q. Frat. Diē scito esse nullū, quo die nō dicam pro reo. Idē in Verr. Impetrāt, vt ne iurent. Idē Marcello: Frater tuus quanti me faciat semperque fecerit, esse hominem, qui ignoret, arritror neminem.

Lib. 5.
Lib. 3.
Lib. 9.
Lib. 3.
Lib. 3.
Lib. 3.
Lib. 15.

EMMANVELIS ALVARI
E SOCIETATE IESV,
DE GRAMMATICA INSTITVTIONE,
Liber III.

De Syllabarum dimensione.

SYLLABAE fiunt vel ex vna, vel pluribus litteris, vt I,e,rũt.

Litteræ partim sunt vocales, partim consonantes.

Vocales sũt sex, A,E,I,O,V,Y.

Ex vocalib. fiũt sex diphthõgi, AE, AV, EI, EV, OE, YI, vt Præmium, aurum, hei, Europa, pœna, Harpyia.

In diphtõgis, A,O,Y, sempet sunt principes: I, & V, semper subditæ: E, & præit, & subit.

Cõsonãtes ĩ Mutas, & Semiuocales diuidunt.

Mutæ sunt octo, A,B,C,G,K,P,Q,T.

Semiuocales itidẽ octo, F, L, M,N,R,S,X,Z.

Ex quibus quattuor sunt liquidæ, L, M, N,R.

M,tamen,& N,raro liquescunt,idque in Græcis tantum dictionibus,vt Tecmessa, Cygnus.

Duæ,X,& Z,sunt duplices, hoc est, valẽt duas consonantes,X,CS, vel,GS, vt Dux,Rex.

Veteres,Z,per duplex,ss,reddebant,vt Massa, patrisso, pitisso,

F,Præposita liquidis L,& R, vim habet mutę.

S,quãuis immunis,ac sui iuris sit (neque enim

inter

inter liquidas, aut duplices numeratur) interdum tamen liquescit, vt suo loco dicemus.

H, sit ne littera, an aspirationis nota, dubium, controuersumque est.

I, inter duas vocales posita, cõsonans est, atque duplex, I, valet, vt Maior, peior.

Veteres, I, geminabant, maijor, aijo, Maija.

I, & V, quum vocalibus præponuntur, easque comprimunt, fiunt consonantes, vt Ianua, iecur, conijcio, iocus, iudex: Vates, velox, vita, vox, vultus.

Iota Græcorum, numquã est consonans: quare in Iason, Iambus, Iapsis, & ceteris, quæ plane sunt Græca, prima, uocalis est.

Iod, apud Hebræos, semper consonans est, quũ vocalibus præponitur, vt Iesus, Ioannes, Iacobus: itaque, qui hæc atque alia eiusdem generis nomina per, I, consonantem efferunt, optime quidem, pronunciant, qui vero per vocalem, Græcos imitantur.

V, post Q, litteram semper liquescit, ut Quare, quæro, quia, &c. At post G, & S, modo liquescit, vt Lingua, langueo, anguis, extinguo, suadeo, suauis: Modo integra est, suamque vim retinet, vt Exiguus, suus.

Litteræ liquescũt, cum vim roburque vocalis, aut consonantis amittunt.

Syllabæ partim breues, partim longæ, partim communes.

SYllabæ, quas temporibus metimur, aut sunt breues, aut longæ, aut communes.

Tem-

Tempus, eſt ſpatium interuallumque, quo ſyl laba pronuntiatur.

Syllaba breuis, ex uno tempore, atque ſpatio conſtat, ut At, ſed.

Longa, ex duobus, ut Ah, En.

Cõmunis eſt, quæ in uerſu tũ breuis, tũ longa eſſe poteſt, quales ſunt priores, in Atlas, Cyclops.

Mediæ, in tenebræ, latebrę, pharetra.

Nulla uocalis apud Latinos perpetuò breuis, aut longa eſt: Apud Gręcos Epſilon & Omicron, quæ, e, & o, breue valent, perpetuò ſunt breues, vt Origenes, Timotheus, Herodotus, Macedones.

H, Ita, & ω, omega, quæ E, & O, longum valẽt, ſemper ſunt longæ, vt Eremus, Idolum.

Præcepta vniuerſa de ſyllabarum breuitate ac longitudine.

Primum, de vocali ante vocalem.

Vocalis ante vocalem in Latinis dictionibus breuis eſt, vt Puer, Fuit, Ruit.

Virg. *Diſce puer virtutem ex me, verumque laborem.* Aen. 12.
Idem, *Lucus in vrbe fuit media, lætiſſimus vmbra.* Aeneid. 1.
Idem, *Vrbs antiqua ruit, multas dominata per annos.* Aeneid. 2.

Exceptio.

Fio, I, habet longum, niſi ſequatur R, vt Fiebam, Fiam.

Iuuen. *Fient iſta palam, cupient & in acta referri.* Satyr. 2.

Sin, R, ſequať, breue eſt, vt fierẽ, fieri, confieri.

Virg. *—— nunc qua ratione, quod inſtat,* Aen. 4.
Confieri poſſit, paucis, aduerte, docebo.

Exce-

Exceptio II.

Interrogandi, ac dandi casus quintæ declinationis, E, ante I, producunt, vt Diei, speciei: præter, Rei, spei, fidei.

Serm. I. Sat. 9. Horat. *Ventum erat ad Vestæ, quarta iam parte diei Præterita.*

Exceptio III.

Genitiuus in Ius, habet, I, longum in soluta oratione, in carmine tum breue, tum longum, vt Vnius, illius: præter, Alterius, quod vbiquè, I, habet breue. Alius vero longum.

Aen. I. Virg. *Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.*

Epist. I. Horat. *Nullius addictus iurare in verba magistri.*

Exceptio IIII.

Ohe, priorem habet communem.

Lib. 4. Mart. *Ohe iam satis est, ohe libelle.*

Cai, Pompei, Vultei, & siqui sunt similes uocandi casus penultimam habent longam.

Lib. 4. Mart. *Quod peto da Cai, non peto consilium.*

De Pōt. 4 Ouid. *Accipe Pompei deductum carmen ab illo,*
Debitor est vitæ qui tibi, Sexte, suæ.

Appendix.

Aer, chorea, platea, Cytherea, elegia, Darius, & alia huius generis, quæ vocalem ante vocalem longam habent, Græca sunt.

Met. I. Ouid. *Terra feras cepit, volucres agitabilis aer.*

Ibidem 8. Idem, *Sæpe sub hac Dryades festas duxere choreas.*

Aen. I. Virg. *Parce metu Cytherea, manēt immota tuorū Fata tibi.*

Chorea, platea, interdum a Poetis corripiuntur.

Aen. 6. Virg. *Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.*

Lib. 2. Epist. 2. Horat. *Puræ sunt plateæ nihil vt meditantibus obstet.*

Nonnunquam soluta diphthongo, ei, in E, longum mutatur, vt Cytherea, Cythereia: Elegea, elegeia.

Ouid.

Ouid. *Exigit iudicij memorem Cythereia pœnam.* Met. 4.
Idem, *Flebilis indignos elegeia solue capillos.* Eleg. 5.

Appendix II.

Idea, Andreas, philosophia, symphonia, etymologia, orthographia, & alia quamplurima vocalem ante vocalem corripiunt: licet eadem nomina, acuta penultima, multi viri docti, more Græcorũ, pronũcient.

Horat. *Vt gratas inter mensas symphonia discors.* In Arte.

Præceptum II. de Diphthongis.

Diphthongus longa est, tam in Grecis, quam in Latinis dictionibus, vt Aeneas, Melibœus, præmium, laus.

Virg. *Miratur molem Aeneas, magalia quondam.* Aen. 1.
Idem, *O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.* Eglog. 1.
Idem, *En Priamus: sunt hic etiam sua præmia laudi.* Aen. 1.

Exceptio.

Præpositio, Prę, composita, cum vocalem præcedit, breuis est, vt Pręuro, præustus.

Virg. *Stipitibus duris agitur, sudibusve præustis.* Aen. 7.

Præceptum III. de Positione.

Vocalis ante duas consonantes, vel vnã duplicem eiusdem dictionis, longa est, Positione, vt Terra, Araxes, gaza, maiora, Troia.

Virg. *Terra procul vastis colitur Mauortia campis.* Aen. 3.
Lucan. *Sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes.* Lib. 1.
Virg. *Arma virum, tabulæque, & Troia gaza per vndas.* Aen. 1.
Idem, *Sicelides Musæ, paullo maiora canamus.* Eglog. 4.
Idem, *Hostis habet muros: ruit alto a culmine Troia.* Aen. 2.

Appendix I.

Si altera cõsonans fuerit in fine præcedẽtis dictionis, altera in principio sequentis; vocalis nihilominus longa erit, vt At pius, A, longũ est, Positione duarum cõsonãtiũ, T, & P, quãuis sint in diuersis dictionibus.

Virg.

Aen. 1. Virg. *At pius Aeneas per noctem plurima voluens.*

Appendix II.

Si vtraque consonans, aut duplex fuerit in principio sequentis dictionis, fere nihil praecedentem vocalem breuem iuuabit.

Met. 2. Ouid. *In solio Phoebus claris lucente smaragdis Sedebat.*

Aen. 6. Virg. *Phoebe graues Troiae semper miserate labores.*

Aen. 3. Idem, *Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacyntos.*

Lib. 2. Lucan. *Tales fama canit tumidum super ęquora Xersem Construxisse vias.*

Lucente, Phębe, nemorosa, ęquora, vltimas habent breues, licet duae consonantes, aut vna duplex sit in principio sequentium dictionum.

Exceptio I. de liquescentibus.

Vocalis breuis ante mutã & liquidã eiusdẽ dictionis in carmine communis est, at in soluta oratione perpetuo corripitur, vt Volucris, Cyclops.

Met. 13. Ouid. *Et primo similis volucri, mox vera volucris.*

Aen. 3. Virg. *Ignarique viae Cyclopum allabimur oris.*

Ibidem. Idem, *——vastosque ab rupe Cyclopas Prospicio.*

Appendix I.

Vocalis, ante F, & liquidas frequẽtissime corripitur, ut reflecto, refluo, reflo, reflagito, refringo, refręno.

Aen. 2. Virg. *Nec prius amissam respexi, animumque reflexi.*

Met. 5. Ouid. *Inque caput crescit, longosque reflectitur vngues.*

In Epist. Idem, *Illa refręnat aquas, obliquaque flumina sistit.*

Serm. 1. Sat. 4. Horat. *——postquam discordia terra, Belli ferratos postes, portasque refregit.*

Lib. 15. *Interdũ etiam producitur, vt refloreo apud Siliũ.*
Celsus ceu prima reflorescente iuuenta Ibat Consul ouans.

Appendix II.

Abluo, obruo, subleuo, adnitor, & cetera ex ijsdẽ prae-

præpositionibus cōposita nunquā primam corripiūt: necesse est enim vt muta & liquida ad sequentem vocalem spectent: vt tenebræ, funebris, lugubris.

In Abluo, & ceteris muta ad præcedentem uocalem pertinet.

Appendix III.

M, & N, raro liquescunt, idque in Græcis dictionibus dumtaxat: vt Tecmessa, Cycnus, Terapnæ, Ichneumon.

Silius. *Ecce inter primos Terapnæo a sanguine Clausi.* Lib.8.
Mart. *Delectat Marium si perniciosus Ichneumon.* Lib.7.

Exceptio II.

I, inter duas uocales incompositis Bijugus, Quadrijugus, simplex consonans est, non duplex: quare merito præcedens uocalis corripitur.

Virg. *Interea bijugis infert se Lucagus albis.* Aen.10.
Idem, *Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.* Georg.3.

Præceptum IIII. de Præteritis dissyllabis.

PRæterita dissyllaba habēt priorem longam, vt Vidi, Veni.

Virg. *Quos vbi consertos audere in prælia vidi.* Aen.2.
Idem, *Venit summa dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ.* Ibidem.

Exceptio.

Sto, do, scindo, fero, rapiunt, bibo, findo priores.

Mart. *Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas.* Lib.1.
Lucan. *Aut scidit, & medias fecit sibi littora terras.* Lib.3.
Virg. ——*liquefacto tempore plumbo,*
Diffidit, & multa porrectum extendit arena. Aen.9.

Appendix.

Cōpositum, Abscidi, habet penultimā cōmunem.

Lucan. *Abscidit impulsu ventorum adiuta vetustas.* Lib.5.
Idem, *Abscidit nostra multum sors inuida laudi.* Lib.4.

Lib.6. Idem, *Illa comam læua morienti abscidit ephebo.*
Lib.3. Mart. *Abscidit vultus ensis vterque sacros.*

Præceptum V. de Præteritis geminantibus primam syllabam.

CVm prima syllaba præteriti geminatur, eadem & secunda breuis est, nisi obstent duæ consonantes, ut Tetigi, peperi, cecini.

Georg.4. Virg. *Titire, te patula cecini sub tegmine fagi.*

Exceptio.

Excipiuntur, Cæcidi, a Cædo, Pepedi, a Pedo: in quibus secunda longa est, vt & in ijs, in quibus duæ consonantes sequuntur, vt Cucurri, tetendi.

Satyr.3. Iuuen. *Ebrius ac petulans, qui nullum forte cecidit.*
Dat pœnas.

Præceptum VI. de Supinis dissyllabis.

SVpina duarum syllabarum habent priorem longam, vt Visum, motum.

Aen.6. Virg. *Terribiles visu formæ Letumque, Laborque.*
Aen.7. Idem, *Quos ego: sed motus præstat componere fluctus.*

Exceptio.

At, Reor, atque sero, do, iunge ciere, linoque,
Ire, ruoque, queo, siui rapuere priores.

A reor, ratum: a sero, satum: a do, datū: a cieo, citum: a lino, litum: ab eo, itum: a ruo, rutum: a queo, quitum: a sino, situm, supina dyssallaba primam corripiunt.

Aen.2. Virg. *Nos abijsse rati & vento petijsse Mycenas.*
Ibidem. Idem, *At non ille, satum quo te mentiris, Achilles*
Talis in hoste fuit Priamo.
Lib.3. Val.Fl. *Vulnus, & extrema sonuit cita cuspide cassis.*
Met.2. Ouid. *Hic situs est Phaeton, currus auriga paterni.*

Appendix I.

Citum, a Cieo, secundæ coniugationis, priorē breuem

uem habet: vnde, Concitus, excitus penultima breui.

Virg.	*Altior insurgens, & cursu concitus Heros.*	Aen. 12.
Ouid.	*Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.*	Met. 2.

Citum vero, a Cio quarti ordinis, priorem producit: vnde, Concitus, Excitus penultima longa.

Lucan.	*Vnde ruunt tota concita pericula mundo.*	Lib. 5.
Idem,	*Rupta quies populus, stratisque excita iuuentus.*	Lib. 1.

Appendix II.

Ruo, nũc facit Ruitum supino, priscis sæculis Rutũ fecit: vnde extant composita, Dirutum, erutũ, obrutũ.

Ouid.	*Diruta sunt aliys, vni mihi Pergama restant.*	Epist.
Virg.	*Nec mihi cum Teucris vllum post eruta bello Pergama.*	Aen. 11.

Appendix III.

Statum, videtur priorem habere communem: inde enim status, us, & status, a, um, priore breui oriuntur, & composita, quæ per I, efferuntur, ipsum corripiunt, vt præstitum.

Ouid.	*Hic status in cælo multos permansit in annos.*	Fast. 4.
Idem,	*Musa quid a factis non stata sacra petis?*	Fast. 1.

Inde etiam staturus, constaturus, & quæ per A, efferuntur, eandem producunt.

Lucan.	*Tunc ros immenso placuit statura labore.*	Lib. 3.
Mart.	*Constatura fuit Megalensis purpura centum.*	Lib. 10.

Præceptum VII. de Supinis polisyllabis.

SVpina in Tum, polisyllaba, precedente V, habent penultimam longam, ut Solutum, argutum, indutum, &c.

Virg.	*Lumina rara micant: somno vinoque soluti Procubuere.*	Aen. 9.

Item, in Tum, a præteritis in Vi, per V, consonantem, ut Cupiui, cupitum: petiui, petitum.

Ouid.	*Extuleram requiesque mihi, non fama petita est.*	Trist. 4.

Exceptio.

Agnoui tamẽ,& cognoui, agnitum,cognitum penultimam breuem habent.

Trist.3. Ouid. *Idque recens præstas nec longo cognitus vsu.*

Præceptum VIII.

SVpina in Itum, a pręteritis in Vi, per V, vocalem,habent penultimam breuem,ut Monui, monitum: tacui, tacitum.

Aen.6. Virg. *Discite iustitiam moniti,& non temnere Diuos.*

Ibidem. Idem, *Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat?*

Præceptum IX. de Deriuatis.

DEriuata sequuntur naturam eorum, a quibus deriuantur,ut legebam,legam, lege,legito,prima breui: quia oriuntur a præsenti lego, legis,cuius prior itidem breuis est.

Legã,legissem,legero,legisse,prima lõga: quia a pręterito legi nascũtur,cuius prior etiã lõga est.

Aratrum, simulacrum,ambulacrum, lauacrũ, volutabrũ,inuolucrum,penultima longa: quia a supinis, aratum, simulatum, ambulatum, lauarum, uolutatum, inuolutum deducuntur, quorum penultima similiter longa est.

Reditus,exitus,introitus,penultima correpta: quia supina,vnde fiunt, eandem habent breuem.

Exceptio.

Multa, quæ suæ originis naturam non sequuntur, vsu assiduaque Poetarum lectione, sunt discenda: cuiusmodi sunt, Fomes,mobilis,laterna, regula,quæ primam habent longam,cum verba, Foueo,moueo, lateo, rego,a quibus proficiscuntur, eandem corripiant.

Con-

Contra,Lucerna,arista,sopor,vadum primam corripiunt; cum uerba,Luceo,areo,sopio,vado,a quibus declinantur, eandem producant.

Præceptum X. de Compositione.

COmposita breuitatem,uel longitudinẽ simplicium sequuntur.

In Perlego,relego,E,ante G,breuis est: quia in simplici,Lego,etiam corripitur. In pręterito perlegi,relegi producitur: quia in simplici,Legi,itidem longa est.

Attigi,concidi,diffidi,ebibi,rescidi,I,litteram habent breuem: quia in simplicibus eadem vocalis corripitur,Tetigi,cecidi a cado, &c.

Oblitum,insitum,circumdatum, desitum penultimam ob eamdem caussam habẽt breuem: nam a litum fit oblitum,&c.

Appendix.

Quantitas simplicium seruatur in compositis, quamuis vocales mutentur: sic,Concido,excido,incido,occido,recido a cado penultimam corripiunt: Eligo,seligo,a lego. Cõtra,Concido,excido,incido,occido, recido,a cædo eamdem producunt:sic, Allido,a lædo: Exquiro,requiro,a Quęro:Obedio,obedis ab Audio.

Virg. *Occidit, occideritque sinas cum nomine Troia.* Aen. 12.

Iuuen. *Occidit miseros crambe repetita magistros.* Saty.7.

Hæc a simplicibus longis orta corripiuntur.

Deiero,peiero,a iuro. Pronuba,innuba,a Nubo.

Semisopitus,a sopitus. Maledicus,causidicus, veridicus,fatidicus,a dico. Nihilum,ex Ni, & hilum.

Horat. *Stultitia ne erret,nihilum distabit, an ira.* Serm.2. Satyr.3.

Connubiũ, a Nubo, secũdã syllabã habet cõmunẽ.

Aen.3. Virg. *Hectoris Andromache Pyrinus connubia seruas?*

Aen.1. Idem, *Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.*

De Præpositionum compositione.

Ab, vt,	Abeo,	BREVES SVNT.
Ad,	Adoro.	
Ante,	Antefero.	
Circum,	Circumago.	
In,	Inuro.	
Ob,	Obeo.	
Per,	Pereo.	
Re,	Refero.	
Sub,	Subeo.	
Super,	Superaddo.	

Item, A, Græca præpositio, vt Adamas, adytum, atomus.

Sat.7. Iuuen. *Circumagat madidas a tempestate cohortes.*

Aen.1. Virg. *Talia voce refert: o terque, quaterque beati.*

Fast.3. Ouid. *Immolat hunc Briareus, facta ex adamante securi.*

Aen.6. Virg. *Talibus ex adyto dictis Cumea Sybilla.*

Exceptio.

Refert, hoc est, Interest, seu Necesse est, Re, habet longum.

Lib.9. Mart. *Multum, crede mihi, refert, a fronte bibatur,*
Qui fluit: an pigro cum stupet unda lacus.

Georg.2. Virg. —— *neque enim numero comprehendere refert.*

Præpositiones longæ.

A, E, De, Di, Se, longe sunt, vt amitto, erumpo, deduco, diripio, separo.

Aen.1. Virg. *Amissos longo socios sermone requirunt.*

Aen.3. Idem, *Deducunt socij naues, & littora complent.*

Aen.1. Idem, *Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.*

Exceptio.

Dirimo, & Disertus, Di, corripiunt.

Virg.

Virg. *Cede Deo. Dixitque, & pralia voce diremit.* Aen. 5.
Mart. *Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata.* Lib. 6.
Non tu Pomponi, cœna diserta tua est.

Pro, Præpositio.

PRo, præpositio breuis est apud Græcos, vt Propontis: longa apud Latinos, ut Proueho.
Ouid. *Misit in has si quos longa Propontis aquas.* De Pōt. 4.
Virg. *Prouehimur portu, terræque, vrbesque recedunt.* Aen. 3.

Exceptio.

Corripe quę, fundus, neptis, fugioque, nepośque;
Et fari, festus, fateor, fanumque crearunt.
Huc ꝓfugus spectat, cui iūge profano, proteruus.
Huc ꝓficiscor ades, ꝓperare, Procella, Profecto.
Tuque propago genus, uitis Propago recede.
Virg. *Tum breuiter Dido vultum demissa profatur.* Aen. 1.
Prop. *Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.* Lib. 3.
Lucan. *Ad Cinnas, Mariosque venis? sternere profecto.* Lib. 1.
Idem, *Quam prior affatur Pompeij ignara propago.* Lib. 6.
Virg. *—— pressos propaginis arcus.* Georg. 2.

Appendix.

Propino, procuro primam habent communem: pro fundo, rarissime eandem producit.

E, in compositione.

SI prior pars compositi, E, uocali terminetur, fere breuis est, ut Liquefacio, tepefacio, tremefacio, stupefacio, nefas.
Virg. *Flammarumque globos, liquefactaque uoluere saxa?* Georg. 1.
Idem, *—— atro tepefacta cruore* Aen. 9.
Terra, torique madent.
Iuuen. *Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,* Sat. 3.
Si iuuenis vetulo non assurrexerat.

Exceptio.

Excipe, Nequis, nequa, nequod, nequā, nequitia,

nequaquam, nequidquam, nequando, videlicet, veneficus, venefica.

Aen. 12. Virg. *Nequa meis esto dictis mora: Iupiter hac stat.*
In Epist. Ouid. *Barbara narratur venisse venefica tecum.*

I, vel Y, in compositis.

SI prior pars compositionis in I, vel Y, desinat corripitur, vt Omnipotens, caussidicus, Palinurus, Polydorus.

Aen. 10. Virg. *Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, Infit.*
Lib. 5. Mart. *Carpere caussidicus fertur mea carmina: qui sit Nescio: si sciero, va tibi caussidice.*
Aen. 5. Virg. *Nudus & ignota Palinure iacebis arena.*
Aen. 3. Idem, *Nam Polydorus ego, &c.*

Exceptio I.

I, longum habent ibidem, ubique, idem, pronomen uirile, bigæ, quadrigæ, biduum, triduum, siquis, siqua, siquod, scilicet, ilicet, tibicen, meliphyllon, Trinacria.

Lib. 12. Mart. *Difficilis: facilis, iucundus, acerbus es idem.*
Lib. 2. Idem, *Si totus tibi triduo legatur.*
Aen. 5. Virg. *Trinacria mirata fremit, Troiaque iuuentus.*
Trist. Ouid. *Parua necat morsu spatiosum vipera taurum.*
Lib. 4. Idem, *Si qua meis fuerint, vt erunt, vitiosa libellis, Excusata suo tempore lector habe.*

Exceptio II.

Item, cōposita ex dies, vt meridies, meridior, quotidie, quotidianus, &c.

Lib. 3. Mart. *Inter tepentes post meridiem buxos Sedet.*

Vbicumque.

Vbicumque frequentius, I, habet breue.

Lib. 1. Mart. *Qui tecum cupis esse meos vbicumque libellos.*
Met. 7. *Ouidius tamē produxit. Seruor, ubicumq; est, &c.*

Ex-

Exceptio III.

Si I, fixum non fuerit, ſed pro genere, & caſu mutetur, longum erit, vt Quidam, quiuis, quilibet, tantidem.

Mart. *Rumpitur inuidia quidam cariſſime Iuli,* Lib.9.
Quod me Roma legit: rumpitur inuidia.

Ouid. *Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.*

O, in compoſitis.

O In Græcis dictionibus priorem compoſiti, partẽ claudens, corripitur, vt Cymothoe, Carpophorus, Argonauta.

Mart. *Secula Carpophorum, Cæſar, ſi priſca tuliſſent:* Lib.1.
Iam nullum monſtris orbe fuiſſet opus.

Idem, *Non nautas puto vos, ſed Argonautas.* Lib.3.

Exceptio.

Quæ per ωmega ſcribũtur, lõga ſunt, γεωμέτρης Geometra, λαγώπους, Lagopus: nec plura facile inuenias, quibus utantur Latini.

Mart. *Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus.* Lib.7.

De Incremento Singulari Nominis.

Quid ſit Incrementum.

SI Genitiuus ſingularis, par fuerit nominatiuo, ſyllabarum numero nullum erit incrementum, vt Muſa, Muſæ, Dominus, Domini. Sin longior fuerit, tum penultima genitiui incremẽtum erit, quę in omnibus caſibus vtriuſque numeri ſemper genitiui quantitatem ſeruat, vt Sermo, ſermonis, ſermoni, ſermones, ſermonibus, vbique, O, longum eſt.

Præter Bobus, vbi, O, producitur, quamuis in genitiuo ſingulari corripiatur Bouis.

Ap-

Appendix.

Iter, ſuppellex, & compoſita ex, Caput, litteris PS, finita, duplici augentur incremento: itineris, ſuppellectilis, bices, bicipitis.

Incrementum primæ declinationis.

A Incrementum primæ declinationis, lõgum, eſt, vt Aulai, Pictai.

Aen.3. Virg. *Aulai in medio libabant pocula Bacchi.*
Aen.9. Idem, *Diues equum, diues pictai veſtis, & auri.*

Incrementum ſecundæ declinationis.

E I, V, incrementa ſecundæ declinationis, corripiuntur: ut Miſer, miſeri: vir, viri: ſatur, ſaturi.

Aen.1. Virg. *Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.*
Ibidem. Idem, *Arma, virumque cano, Troiæ qui primus ab oris.*
Satyr.1. Perſ. *——inter pocula quærunt,*
Romulidæ ſaturi, quid dia poemata narrent.

Exceptio.

Iber, Iberi penultimam habet longam, & ex eo compoſitum, Celtiber, Celtiberi.

Lib.4. Lucan. *Interea domitis Cæſar remeabat Iberis.*
Lib.1. Mart. *Vir Celtiberis non tacende gentibus.*

Incrementa tertiæ declinationis.

A

A Incrementum ſingulare tertiæ declinationis longum eſt, vt

Vectigal, Titan, pietas, pax, calcar, & Aiax.

Faſt.7. Ouid. *Concitat iratus validos Titanas in arma.*
Aen.1. Virg. *Hic pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis?*
Aen.7. Idem, *Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe Tyranni.*

Exceptio I.

Corripe maſculina in Al, & Ar, vt Sal, Annibal, Amilcar.

Par cum cõpositis, hepar, cum nectare bacchar,
Cum uade, mas, & anas, queis iunges larque, iubarque.

Virg. *Vela dabant lati, & spumas salis are ruebant.* Aen. 1.
Silius, *Annibalem Fabio ducam spectante per Vrbem.* Lib. 1.
Idem, *Cui fauum arridens, narrabis Amilcaris umbris.* Lib. 8.
Virg. *Pergameumque larem, & cana penetralia Vesta.* Aen. 5.

Exceptio.

Item Græca in A, & AS, vt poema, stemma,
Pallas, & quæ consonantem habent ante S, vt
Trabs, Arabs,
Et Dropax, anthrax, Atrax, cum smilace, climax,
His Aiacem, panacem, colacem, sthyracemque, facemque,
Atque abacem, coracem, phylacem cõpostaque nectes.

Iuuen. *Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo, Sanguine censeri?* Sat. 8.
Virg. *Instar montis equum diuina Palladis arte Aedificant.* Aen. 2.
Ouid. *Nam modo thurilegos Arabas, modo suspicit Indos.* Fast. 4.

E

E Incrementum singulare tertiæ declinationis, breue est, vt
Degener, atque teres, puluis, cum funere, nex, grex.

Ouid. *Mille greges illi, totidemque armenta per herbas Pascebant.* Met. 4.

Exceptio I.

Genitiuus, Enis, penultimam habet lõgam, vt
Ren, renis, Siren, sirenis.
Ver, & Iber, locuples, hęres, mercesque, quiesque
Lex, ueruex, halex, seps, plebs, rex, insuper halex.

Mart.

Lib.8. Mart. *Munera qui tibi dat locupleti, Gaure, ſenique,*
Si ſapis, & ſentis, hic tibi ait Morere.

Exceptio II.

Item peregrina in El, ut Michael, & Græca in E R, & E S, vt Crater, Rhamnes, tapes: pręter aer, & æther.

Aen.7. Virg. *Crateras magno ſtatuunt, & vina coronant.*

Aen.9. Idem, *——ſimul enſe ſuperbum,*
Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis
Exſtructus, toto proflabat pectore ſomnum.

I, vel, Y.

I vel Y, incrementum ſingulare tertiæ declinationis breue eſt, vt

Ordo, pugil, Carmē, ceſpes, cū ſāguine, princeps.
Et chlamys, atque Calybs, pollex ——

Georg.1. Virg. *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi,*
At Chalybes nudi ferrum.

Exceptio I.

Genitiuus in Is, vel Ynis, a nominibus Gręcis, penultimam producit, vt Delphin, Phorcynis, Salamis.

Item, Neſis, Neſidis: gryps, gryphis: uibex, uibicis.

Glis, gliris, Dis, lis, Samnis, quib. adde Quiritē.

Eglog.8. Virg. *Orpheus in ſiluis, inter Delphinas Arion.*

Aen.8. Idem, *Laomedontiaden Priamum Salamina petentem.*

Aen.6. Idem, *Noctes, atque dies patet atri ianua Ditis.*

Exceptio II.

Nomina Ix, vel Yx, ſyllaba finita penultimam genitiui habent longam, vt Felix, bombyx, bombycis.

Aen.3. Virg. *Viuite felices, quibus eſt fortuna peracta*
Iam ſua.

Ex-

Exceptio III.

I, breue seruarunt histrix, cum fornice, varix,
Coxēdixque, Cilix, chœnix, natrixque calixque,
Atque calyx Danaū, nectes Erycenque, niuēque,
Sardonychi sociatur onyx, pix hæret vtrique,
Et salices, silices, larices: Sit Bebrycis anceps:
Sed breuibus iunges in Gis, cum patrius exit.
Coccyx, Coccygis: mastix, mastigis amabit.

Lucan. *Armenios, Cilicasque feros, Taurosque subegi.* Lib.2.
Idem, *Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera.* Lib.3.

O.

O Incrementum singulare tertiæ declinationis longum est, vt

Vnio, Sol, Telamon, candor, uox, atque sacerdos.

Ouid. *Regia Solis erat sublimibus alta columnis.* Met.2.

Exceptio I.

Græca in On, quæ in obliquis habēt Omicron corripiuntur, ut Philemon, Palæmon, Sindon, Agamemnon, Iason, Amazon, & multa alia quæ vsu sunt discenda.

Virg. *Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis.* Aen.11.

Latini interdum N, litteram omittūt, vt Macedo, Macedonis: Agamemno, Agamemnonis.

Stat. *Conclamant Danai, stimulatq; Agamemno volentes.* Theb.11.

Quæ uero per Ωmega scribuntur, longa sunt, vt Simon, Agon, Sidon, Solon, &c.

Exceptio II.

Genitiuus in Oris, a nominibus Græcis, & Latinis neutris, præter Os, oris penultimam habet breuem, ut Nestor, marmor, ebur, corpus: quibus adduntur memor, arbor, lepus, & ex πούς ποδὸς, composita, ut Tripus.

Item,

Item, bos, compos, & impos.

Met.13. Ouid. *Qui licet eloquio fidum quoque Nestora vincat.*

In Epigr. Virg. *Sic vos non vobis fertis aratra boues.*

Exceptio III.

Corripiũtur etiam Cappadox, præcox, & quæ cõsonantem habent ante S, vt Scrobs, Aethiops, Dolops: præter Cyclops, Cecrops, Hydrops.

Lib.9. Mart. *Cappadocum sauis Antistius occidit oris*
Rusticus, o tristi crimine terra nocens.

Aen.2. Virg. *Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat, Achilles.*

Met.1. Ouid. *Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.*

V.

VIncrementum tertiæ declinationis breue, est, vt

Dux, Ligus, & pecus, intercus, cũ præsule, turtur.

Georg.4. Virg. *Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis*
Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.

Exceptio.

Interrogãdi casus, Vdis, Vris, & Vtis, a nominibus in Vs, penultimã habẽt longã: vt Palus, paludis: tellus, telluris: uirtus, uirtutis: item fur, furis.

Quibus addenda sunt, Pollux, lux, & frugis, frugi, & ceteri obliqui.

Eglog.3. Virg. *Quid domini facient, audent cum talia fures?*

Tibul. *Luce sacra requiescat humus, requiescat arator.*

De Incremento Plurali Nominis.

PEnultima genitiui, uel datiui, pluralis numeri, dicitur incremẽtum plurale, cum vterq; casus lõgior est nominatiuo eiusdem numeri: ut Musæ, Musarũ: Ambo, amborũ, ambobus: Qui, quorũ, quibus: Res, rerum, rebus.

Præ-

Præceptum I.

A, E, O, Incrementa multitudinis longa sunt: vt Quarum, harum, ambabus: Rerum, rebus: Horum, quorum.

Ouid. *Cum tamen a turba rerum requieuerit harum,* DePőt.4.
Ad vos mansuetas porriget ille manus.

Virg. *At Capys, & quorum melior sententia menti.* Aen.2.

Præceptum II.

I & V, incrementa multitudinis, corripiuntur: vt Quibus, tribus, montibus, lacubus.

Virg. *Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas,* Eglog.5.

Ouid. *Præmia de lacubus proxima musta tuis.* Fast.4.

De Verborum Incremento.

Quid sit Incrementum Verbi.

Secũda persona singularis modi Indicatiui, norma est, ad quam verborum incrementa diriguntur; cui si verbũ sit æquale, nullum erit incrementum, vt Amat, amant, quia dissyllaba sunt, sicut Amas, quæ norma & regula est incrementorum, nullum habet incrementum. Sin verbum longius sit vna syllaba, vnum habebit incrementum, ut Amamus, amatis, quorum penultima incremẽtum est: nam vltima numquam dicitur incrementum. Si duabus syllabis norma superetur, duo erunt incrementa, ut Amabatis, amabamus. Si tribus, tria, ut Amaueritis, amauerimus. Si denique quattuor, totidem erunt incrementa, vt Audiebamini.

In verbis Deponentibus fingenda est vox actiua, ad quam verborum incrementa dirigantur,

Vlti-

Vltima syllaba, ut modo diximus, nunquam est incrementum, prima uero est, si norma ipsa sit monosyllaba, vt Das, Flex, Damus, datis, dabam, dare, & cetera dissyllaba unum habet incrementum: eodem modo Flemus, fletis, flebam, flere, &c.

Præceptum I.

A In omni verborum incremento producitur, vt Stabam, stares, properamus, docebamus, audiebamini, &c.

Aen.2. Virg. *Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneret.*
Met.10. Ouid. *Serius, aut citius metam properamus ad vnam.*

Exceptio.

A, primum dumtaxat incrementum verbi Do, das, corripitur, ut Damus, dabunt, dare: ob quam caussam pronunciamus, circumdamus, circumdabunt, circumdare: Venundabo, venundare, & cetera penultima breui.

Aen.2. Virg. *His lacrymis vitam damus, & miserescimus vltro.*
Met.1. Ouid. *Iussit, & ambitæ circumdare litora terræ.*

Præceptum II.

E In omnibus verborũ incremẽtis producitur, vt Flebã, rebar, lacereris, docerem, legerũt.

Fast.1. Ouid. *Flebat Aristæus, quod apes cum stirpe necatas*
Viderat inceptos destituisse fauos.
Aen.6. Virg. *Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum.*
Lib.1. Mart. *Dedale, Lucano cum sic lacereris ab vrso,*
Quam cuperes pœnas nunc habuisse tuas.

Exceptio I.

E, ante R, breue est in quouis præsenti, & imperfecto tertiæ coniugationis, vt Cognoscere, legerem, legeremus, legeris, vel legere.

Re-

Reris tamen, vel Rere, producitur, vt loquereris, prosequerere.

Virg. *Incipe parue puer risu cognoscere matrem.* Eglog.4.

Mart. *Illud, laurigeros ageres cum læta triumphos,*
Hoc tibi Roma caput, cum loquereris, erat. Lib.3.

Ouid. *Tantane te fallax cepere obliuia nostri?*
Afflictumque fuit tantus adire timor?
Vt neque respiceres, nec solarere iacentem
Dure, nec exequias prosequere meas? Trist.1.

Exceptio II.

E, ante Rã, Rim, Ro, corripitur, vt Amauerã, amauerim, amauero: Feceram, fecerim, fecero. De cæteris psonis idẽ esto iudiciũ: Amaueris, amauerit, amauerim' amaueritis: fecerim' feceritis

Ouid. *Fecerat exiguas iam Sol altissimus vmbras.* Met.3.

Exceptio III.

Beris, & Bere, semper corripitur, vt Celebraberis, vel celebrabere: mordeberis, vel mordebere.

Virg. *Semper honore meo, semper celebrabere donis.* Aen.8.

Ouid. *Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis.* Trist.1.

Appendix.

Poetæ in præterito Indicatiui, E, litteram ante Runt, syllabam, pro suo iure interdum corripiunt.

Virg. *Obstupui, steteruntq; coma, & vox faucibus hæsit.* Aen.3.

Horat. *Dij tibi diuitias dederunt artemque fruendi.* Epist.1.

Silius. *Terruerunt pauidos accensa Ceraunia nautas.* Lib.8.

Præceptum III.

I In quouis verborum incremento corripitur, vt linquimus, amabimus, audiebamini.

Virg. *Linquimus Ortigiæ portus, pelagoque volamus.* Aen.3.

Exceptio.

Penultima præteriti in I V I, longa est, vt Petiui. Et primum incrementũ quartæ coniugationis, vt

Ibam, ibo, ito, subimus, venimus, reperimus præsentis temporis.

Aen.1. Virg. *Cessi, & sublato monte genitore petiui.*

Aen.6. Idem, *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.*

Aen.3. Idem, *Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.*

Hæc etiam I, longum habent, Nolito, nolite, nolimus, nolitis, velimus, velitis, simus, sitis, & quæ ex ipsis componuntur, vt possimus, &c.

Met.1. Ouid. *Et documenta damus, qua simus origine nati.*

De Pōt.4. Idem, *Si quis, vt in populo, qui sitis, & vnde, requirat.*

Appendix I.

Imus, in præterito penultimam corripit, vt venimus, reperimus, comperimus.

Aen.1. Virg. *Non nos ferro Libycos populare penates*
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.

Appendix II.

Tempora Coniunctiui modi syllabis Rimus, & Ritis finita, habeant ne penultimam breuem, an longam, Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est, non solum recentiores, sed etiam veteres. Diomedes enim docet præteritum breue esse, futurum vero longum. Probus vtrumque longum esse affirmat. Quare, cū versus facies, Poetas optimos imitaberis: qui, Ri, syllabam modo corripiunt, modo producunt, prout versus postulat. Sin tibi aliquid recitandum erit, ne sermonem des auditoribus, consuetudini regionis seruies.

Præceptum IIII.

O In verborum incrementis semper producitur, vt Facitote.

Met.9. Ouid. *Cumque loqui poterit, matrem facitote salutet.*

Præ-

Præceptum V.

V In verborum incrementis vbique corripitur, vt Sumus, possumus, volumus.

Horat. *Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.* Epist. 1.
Idem, *Si patriæ volumus, si nobis viuere cari.* Ibidem.

De Vltimis Syllabis.

SYllabæ, quæ vltimum locum tenent, partim Positione, vt Prudens, præcox: partim Diphthongo, vt Musæ: partim priuatis præceptionibus cognoscuntur, de quibus nunc agendum est.

A, in fine.

A Finita lõga sũt, vt Memora, cõtra, vltra, antea, triginta, quadraginta, q̃nquaginta, &c.

Virg. *Musa mihi causas memora, quo numine læso.* Aen. 1.
Idem, *Aeolus hæc contra, Tuus o Regina quid optes, Explorare labor, mihi iussa capessere fas est.* Ibidem.
Idem, *Triginta capitum fœtus enixa iacebit.* Aen. 3.

Exceptio.

Corripe Eia, ita, postea, quia.

Item casus omnes in A, vt Anchora, vela, Præter ablatiuum, vt de prora: & vocatiuos Græcos, vt o Aenea, Atla, Calcha, Palla.

Virg. *Non ita me experti Bitias, & Pandarus ingens.* Aen. 11.
Idem, *Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.* Aen. 3.
Idem, *Tendunt vela Noti, fugimus, spumantibus vndis.* Ibidem.
Idem, *Non hæc o Palla dederas promissa parenti.* Aen. 11.
Idem, *Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto.* Aen. 3.

E, in fine.

E Littera finita corripiuntur, vt Nate, fuge, pone, pene, nempe.

Aen.2. Virg. *Heu fuge nate Dea, teque his, ait, eripe flammis.*
Eglog.9. Idem, *Pone simul tecum solatia rapta Menalca.*
Lib.9. Mart. *Lege nimis dura conuiuam scribere versus*
Cogis Stella: licet scribere, nempe malos.

Exceptio I.

Producuntur omnia primæ, & quintæ declinationis, vt Anchisiades, o Anchisiade, Calliope, re, die, & quæ inde oriuntur, vt Quare, hodie, quibus adde Fame, cete, tempe.

Aen.6. Virg. *Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni.*
Aen.9. Idem, *Vos o Calliope, precor, aspirate canenti.*
Lib.10. Mart. *Non venias quare tam longo tempore Romam.*
Lib.7. Lucan. *Aut hodie Pompeius erit miserabile nomen.*
Aen.6. Virg. *Obijcit: ille fame rabida tria guttura pandens.*

Exceptio II.

Item verba imperatiui modi, numeri singularis, secundæ coniugationis, vt Vide, habe.

Epist.1. Horat. *Vade, vale, caue ne titubes; mandataque frangas.*
Lib.10. Mart. *Quæ tua sunt, tibi habe: quæ mea, redde mihi.*

Caue, fere corripitur.

Trist.1. Ouid. *Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis.*
Idem, produxit alibi:
Met.2. *Nate caue, dum resque sinit, tua corrige vota.*

Sunt etiam longa monosyllaba, ut me, te, se, Exceptis coniunctionibus enclyticis Que, ne, ve: Et syllabicis adiectionibus Pte, Ce, Te, ut suapte, hisce, tute.

Aen.1. Virg. *Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?*
Epist.1. Horat. *Neve putes alium sapiente bonoque beatum.*
Serm.1. Idem, *Hinc omnis pendet Lucilius hosce sequutus.*
Satyr.4. Lucret. *Accipe præterea, quę corpora tute necesse est*
Lib.1. *Confiteare.*

Exceptio III.

Lõga pręterea sunt, fere, ferme, ohe, & aduerbia a no-

a nominib. secundę declinationis profecta, vt placide, valde, minime, sūme: Præter bene, & male.

Iuuen. *Nulla fere caussa est, in qua non femina litem Mouerit.* Saty. 6.

Idem, *Mobilis & varia est ferme natura malorum.* Sat. 13.

Mart. *Ohe iam satis est, ohe libelle.* Lib. 4.

Idem, *Excipe sollicitos placide, mea dona libellos.* Lib. 9.

Idem, *Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle.* Lib. 2.

Horat. *Et male tornatos incudi reddere versus.* In Art.

Appendix.

Facile, etiam, cum est aduerbium, corripitur. Nā adiectiua tertiæ declinationis cū in aduerbia trāseūt, vltimā habēt breuē, vt Sublime, suaue, dulce.

Virg. *Cantantes sublime ferent ad sydera cigni.* Eglog. 9.

Idem, *Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti Murice.* Eglog. 4.

I, in fine.

I Vocali terminata longa sunt, vt Classi, fieri.

Virg. *Sic fatur lacrymans, classiq. immittit habenas.* Aen. 5.

Mart. *Quam vellem fieri meus libellus.* Lib. 8.

Exceptio I.

Corripe Nisi, quasi: Græca, quæ in I, vel Y, exeunt, ut Palladi, Daphni, moly.

Ouid. *Quid nisi, Pierides, solatia frigida restant?* De Pōt. 4.

Mart. *Cum dixi ficus, rides quasi barbara verba.* Lib. 1.

Stat. *Palladi litoreę celebrabat Scyros honorum Forte diem.* Achil. 1.

Virg. *Insere Daphni piros: carpent tua poma nepotes.* Eglog. 9.

Ouid. *Moly vocant superi, nigra radice tenetur.* Met. 14.

Exceptio II.

Mihi, tibi, sibi ultimam habent communem.

Ibi, ubi, cui, cum dissyllabum est, frequentius corripiuntur.

L, in fine.

L Finita, breuia sunt, vt Asdrubal, semel, uigil, simul, Consul.

Lib.7. Silius, *Vertit terga citus damnatis Asdrubal ausis.*

Epist.1. Horat. *Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu.*

Exceptio.

Sal, nil, sol longa sunt.

Itē pleraque peregrina, vt Nabal, Daniel, Saul.

Sylu.4. Stat. *Non sal, oxyporumve, caseusve.*

Lib.10. Mart. *Nil aliud video, quo te credamus amicum.*

Met.2. Ouid. *Vlterius spatium medio Sol altus habebat.*

M, in fine.

M Finita, priscis temporibus corripiebantur, neque a sequente uocali, vt modo fit, excipiebantur: quod etiam nunc in compositis uerbis cernitur.

Annal.10. Ennius, *Insignita fere tum millia militum octo*
Duxit delectos, bellum tollerare potentes.

Sat.9. Iuuen. *Quo te circumagas? quæ prima, aut vltima ponas?*

N, in fine.

N Littera finita, longa sunt, vt Sin, Titan, Siren, Salamin, Actæon, & cetera tertiæ declinationis, quæ in On exeunt.

Aen.1. Virg. *Sin absumpta salus, & te pater optime Teucrum.*

Lib.1. Lucan. *Vnde venit, Titan, & nox vbi sidera condit.*

Met.3. Ouid. *Actæon ego sum, dominum cognoscite vestrum.*

Item accusatiuus Græcus nominū in AS, ES, E, vt Aenean, Anchisen, Calliopen.

Græcus itidē genitiuus multitudinis cuiusuis declinationis, ut Cimmerion, Epigrammaton.

Aen.11. Virg. *Et sæuum Aenean agnouit Turnus in armis.*

Idem,

Idem, *Amitto Anchisen, hic me pater optime fessum Deseris.* Aen.3.

Tibul. *Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras.* Lib.4.

Exceptio I.

Corripe An, in, forsan, forsitan, tamen, attamen, viden'.

Item En, syllaba finita, quæ faciunt genitiuo Inis, vt nomen, lumen, flumen.

Virg. *Forsitan & Priami fuerint quæ fata, requiras.* Aen.2.

Idem, *Hic tamen ille vrbem Patavi, sedesque locauit.* Aen.1.

Stat. *——forumque, quod amens Ipsa dedi, viden' vt iugulo consumpserit ensem?* Theb.3.

Ouid. *Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes.* Fast.2.

Exceptio II.

Corripiuntur etiam Græca in On, quæ ad secundam nostram declinationem spectant, vt Pelion, Ilion, Erotion.

Ouid. *Ilion, & Tenedos, Simoisque, & Xanthus, & Ida.* In Epist.

Mart. *Pallida nec nigras horrescat Erotion vmbras.* Lib.5.

Omnes denique accusandi casus, qui a nominibus vltimam breuem habentibus proficiscuntur, vt Scorpion, Thetin, Ityn, Maian, Aeginan.

Lucan. *Scorpion incendis cauda, chelasque peruris.* Lib.1.

Ouid. *Tantaque nox animi est, Ityn huc accersite, dixit.* Met.7.

Stat. *Namque ferunt raptam patrijs Aeginan ab vndis.* Theb.7.

R, in fine.

R Littera terminata corripiuntur, ut Amilcar, semper, semiuir, cor, precor, Hector, turtur.

Silius, *At senior Siculis exsultat Amilcar in armis.* Lib.2.

Virg. *Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.* Aen.1.

Lucan. *Inseruisse manus impure, ac semiuir audes?* Lib.8.

Ouid.

Scribendi cacoethes, & agro in corde senescit.

Eglog.7.	Virg.	*Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.*
Aen.1.	Idem,	*Egressi optata potiuntur Troes arena.*

Is, vel Ys, in fine.

IS, vel Ys, finita corripiuntur, vt Apis, inquis, ais, Thetis, Tiphys, Itys.

Met.13.	Ouid.	*Non apis inde tulit collectos sedula flores.*
Lib.5.	Mart.	*Non est, inquis, idem: multo plus esse probabo.*
Sat.4.	Pers.	*Hunc ais? hunc dijs iratis, genioque sinistro.*
Achil.1.	Stat.	*Iam dudum tacito lustrat Thetis omnia visu.*
Eglog.4.	Virg.	*Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo Delectos heroas.*

Exceptio I.

Excipe casus omnes multitudinis, vt Viris, armis, musis, nobis, vobis: Quis, pro quibus, omnis, vrbis.

Item Glis, Vis, nomen, & verbum, Velis, Sis, cum compositis, vt quamuis, nolis, adsis.

Et secūdas psonas numeri singularis, modi Indicatiui quartæ coniugationis, ut Nescis, sentis.

Aen.1.	Virg.	*Præsentemq; viris intentant omnia mortem.*
Lib.1.	Lucan.	*Plus illa vobis acie, quam creditis, actum est.*
Aen.1.	Virg.	*—— o terque quaterque beati,* *Quis ante ora patrum Troia sub mœnibus altis* *Contigit oppetere.*
Aen.1.	Idem,	*Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.*
Lib.9.	Mart.	*Iam satis est: non vis Afer auere, vale.*
Lib.3.	Lucan.	*Quamuis Hesperium mundi properemus in axem.*
Lib.1.	Mart.	*Nescis heu, nescis dominæ fastidia Romæ.*

Exceptio II.

Longa præterea sunt, quorum genitiuus exit in Inis, Entis, Itis penultima longa, vt Salamis, Simois, Samnis, lis.

Ouid.

Ouid. *Hac ibat Simois: hic est Sigeia tellus.* In Epist.
Horat. *Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.* In Arte.

Os, in fine.

OS, finita longa sũt, ut Os oris, erectos, Tros, Minos, Heros, Athos, Androgeos, & cetera, quæ per ω, scribuntur.

Ouid. *Os homini sublime dedit, cælumque videre*
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus. Met. 1.
Virg. *Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni.* Aen. 6.
Idem, *Primus se Danaum magna comitante caterua*
Androgeos offert nobis, socia agmina credens. Aen. 2.

Exceptio.

Corripe Os ossis, compos, & impos, & Græca neutra, ut Chaos, Melos, Argos.

Virg. *Et Caos, & Phlegethon, loca nocte silentia late.* Aen. 6.

Item, Os finita, quę ad secundam Latinam declinationem transeunt, ut Tyros, Arctos, Ilios.

Lucan. *Et Tyros instabilis, pretiosaque murice Sidon.* Lib. 3.
Mart. *Nescia nec nostri nominis Arctos erat.* Lib. 9.

Omnes denique interrogandi casus, a quibuscunque rectis proficiscantur, ut Arcados, Pallados, Typhoeos, Tethyos, Tereos.

Ouid. *Arcados hinc sedes, & inhospita tecta Tyranni*
Ingredior. Met. 1.
Ouid. *Alta iacet vasti super ora Typhoeos Aetna.* Fast. 4.
Lucan. *Tethyos vnda vagę lunaribus æstuet horis.* Lib. 1.

Vs, in fine.

VS, syllaba terminata breuia sunt, ut Litus, intus sensibus: Et nominandi, uocandique casus singulares quartæ declinationis, vt Domus, manus.

Virg. *Heu fuge crudeles terras, fuge litus auarum.* Aen. 3.
Idem, *Apparet domus intus, & atria longa patescunt.* Aen. 2.
Idem, *Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles.* Ibidem.

Exce-

Item, bos, compos, & impos.

Met.13. Ouid. *Qui licet eloquio fidum quoque Nestora vincat.*

In Epigr. Virg. *Sic vos non vobis fertis aratra boues.*

Exceptio III.

Corripiūtur etiam Cappadox, præcox, & quæ cōsonantem habent ante S, vt Scrobs, Aethiops, Dolops: præter Cyclops, Cecrops, Hydrops.

Lib.9. Mart. *Cappadocum sauis Antistius occidit oris*
Rusticus, o tristi crimine terra nocens.

Aen.2. Virg. *Hic Dolopum manus, hic sauus tendebat, Achilles.*

Met.1. Ouid. *Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.*

V.

VIncrementum tertiæ declinationis breue, est, vt

Dux, Ligus, & pecus, intercus, cū præsule, turtur.

Georg.4. Virg. *Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis*
Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.

Exceptio.

Interrogādi casus, Vdis, Vris, & Vtis, a nominibus in Vs, penultimā habēt longā: vt Palus, paludis: tellus, telluris: uirtus, uirtutis: item fur, furis.

Quibus addenda sunt, Pollux, lux, & frugis, frugi, & ceteri obliqui.

Eglog.3. Virg. *Quid domini facient, audent cum talia fures?*

Tibul. *Luce sacra requiescat humus, requiescat arator.*

De Incremento Plurali Nominis.

PEnultima genitiui, uel datiui, pluralis numeri, dicitur incremētum plurale, cum vterq; casus lōgior est nominatiuo eiusdem numeri: ut Musæ, Musarū: Ambo, amborū, ambobus: Qui, quorū, quibus: Res, rerum, rebus.

Pre-

Præceptum I.

A, E, O, Incrementa multitudinis longa sunt: vt Quarum, harum, ambabus: Rerum, rebus: Horum, quorum.

Ouid. *Cum tamen a turba rerum requieuerit harum,*
Ad vos mansuetas porriget ille manus. De Pôt. 4.

Virg. *At Capys, & quorum melior sententia menti.* Aen. 2.

Præceptum II.

I & V, incrementa multitudinis, corripiuntur: vt Quibus, tribus, montibus, lacubus.

Virg. *Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas,* Eglog. 5.

Ouid. *Præmia de lacubus proxima musta tuis.* Fast. 4.

De Verborum Incremento.

Quid sit Incrementum Verbi.

SEcũda persona singularis modi Indicatiui, norma est, ad quam verborum incrementa diriguntur; cui si verbũ sit æquale, nullum erit incrementum, vt Amat, amant, quia dissyllaba sunt, sicut Amas, quæ norma & regula est incrementorum, nullum habet incrementum. Sin verbum longius sit vna syllaba, vnum habebit incrementum, ut Amamus, amatis, quorum penultima incremẽtum est: nam vltima numquam dicitur incrementum. Si duabus syllabis norma superetur, duo erunt incrementa, ut Amabatis, amabamus. Si tribus, tria, ut Amaueritis, amaüerimus. Si denique quattuor, totidem erunt incrementa, vt Audiebamini.

In verbis Deponentibus fingenda est vox actiua, ad quam verborum incrementa dirigantur.

Vltima ſyllaba, ut modo diximus, nunquam eſt incrementum, prima uero eſt, ſi norma ipſa ſit monoſyllaba, vt Das, Flex, Damus, datis, dabam, dare, & cetera diſſyllaba unum habet incrementum: eodem modo Flemus, fletis, flebam, flere, &c.

Præceptum I.

A In omni verborum incremento producitur, vt Stabam, ſtares, properamus, docebamus, audiebamini, &c.

Aen.2. Virg. *Troiaque nunc ſtaret, Priamique arx alta maneret.*
Met.10. Ouid. *Serius, aut citius metam properamus ad vnam.*

Exceptio.

A, primum dumtaxat incrementum verbi Do, das, corripitur, ut Damus, dabunt, dare: ob quam cauſſam pronunciamus, circumdamus, circumdabunt, circumdare: Venundabo, venundare, & cetera penultima breui.

Aen.2. Virg. *His lacrymis vitam damus, & miſereſcimus vltro.*
Met.1. Ouid. *Iuſſit, & ambita circumdare litora terra.*

Præceptum II.

E In omnibus verborũ incremẽtis producitur, vt Flebã, rebar, lacereris, docerem, legerũt.

Faſt.1. Ouid. *Flebat Ariſtæus, quod apes cum ſtirpe necatas*
Viderat inceptos deſtituiſſe fauos.
Aen.6. Virg. *Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum.*
Lib.1. Mart. *Dedale, Lucano cum ſic lacereris ab vrſo,*
Quam cuperes pœnas nunc habuiſſe tuas.

Exceptio I.

E, ante R, breue eſt in quouis præſenti, & imperfecto tertiæ coniugationis, vt Cognoſcere, legerem, legeremus, legeris, vel legere.

Re-

Reris tamen, vel Rere, producitur, vt loquereris, proſequerere.

Virg. *Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.* Eglog.4.

Mart. *Illud, laurigeros ageres cum læta triumphos,*
Hoc tibi Roma caput, cum loquereris, erat. Lib.3.

Ouid. *Tantane te fallax cepere obliuia noſtri?*
Afflictumque fuit tantus adire timor?
Vt neque reſpiceres, nec ſolarere iacentem
Dure, nec exequias proſequere meas? Triſt.1.

Exceptio II.

E, ante Rã, Rim, Ro, corripitur, vt Amauerã, amauerim, amauero: Feceram, fecerim, fecero. De cæteris pſonis idẽ eſto iudiciũ: Amaueris, amauerit, amauerimꝰ amaueritis: fecerimꝰ feceritis

Ouid. *Fecerat exiguas iam Sol altiſſimus vmbras.* Met.3.

Exceptio III.

Beris, & Bere, ſemper corripitur, vt Celebraberis, vel celebrabere: mordeberis, vel mordebere.

Virg. *Semper honore meo, ſemper celebrabere donis.* Aen.8.

Ouid. *Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis.* Triſt.1.

Appendix.

Poetæ in præterito Indicatiui, E, litteram ante Runt, ſyllabam, pro ſuo iure interdum corripiunt.

Virg. *Obſtupui, ſteteruntq; coma, & vox faucibus hæſit.* Aen.3.

Horat. *Dij tibi diuitias dederunt artemque fruendi.* Epiſt.1.

Silius. *Terruerunt pauidos accenſa Ceraunia nautas.* Lib.8.

Præceptum III.

I In quouis verborum incremento corripitur, vt linquimus, amabimus, audiebamini.

Virg. *Linquimus Ortigiæ portus, pelagoque volamus.* Aen.3.

Exceptio.

Penultima præteriti in IVI, longa eſt, vt Petiui. Et primum incrementũ quartæ coniugationis, vt

Ibam, ibo, ito, subimus, venimus, reperimus præsentis temporis.

Aen.1. Virg. *Cessi, & sublato monte genitore petiui.*

Aen.6. Idem, *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.*

Aen.3. Idem, *Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.*

Hæc etiam I, longum habent, Nolito, nolite, nolimus, nolitis, velimus, velitis, simus, sitis, & quæ ex ipsis componuntur, vt possimus, &c.

Met.1. Ouid. *Et documenta damus, qua simus origine nati.*

De Pōt.4. Idem, *Si quis, vt in populo, qui sitis, & vnde, requirat.*

Appendix I.

Imus, in præterito penultimam corripit, vt venimus, reperimus, comperimus.

Aen.1. Virg. *Non nos ferro Libycos populare penates*
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.

Appendix II.

Tempora Coniunctiui modi syllabis Rimus, & Ritis finita, habeant ne penultimam breuem, an longam, Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est, non solum recentiores, sed etiam veteres. Diomedes enim docet præteritum breue esse, futurum vero longum. Probus vtrumque longum esse affirmat. Quare, cū versus facies, Poetas optimos imitaberis: qui, Ri, syllabam modo corripiunt, modo producunt, prout versus postulat. Sin tibi aliquid recitandum erit, ne sermonem des auditoribus, consuetudini regionis seruies.

Præceptum IIII.

O In verborum incrementis semper producitur, vt Facitote.

Met.9. Ouid. *Cumque loqui poterit, matrem facitote salutet.*

Præ-

Præceptum V.

V In verborum incrementis vbique corripitur, vt Sumus, possumus, volumus.

Horat. *Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.* Epist. 1.
Idem, *Si patriæ volumus, si nobis viuere cari.* Ibidem.

De Vltimis Syllabis.

SYllabæ, quæ vltimum locum tenent, partim Positione, vt Prudens, præcox: partim Diphthongo, vt Musæ: partim priuatis præceptionibus cognoscuntur, de quibus nunc agendum est.

A, in fine.

A Finita lõga sũt, vt Memora, cõtra, vltra, antea, triginta, quadraginta, q̃nquaginta, &c.

Virg. *Musa mihi causas memora, quo numine læso.* Aen. 1.
Idem, *Aeolus hæc contra, Tuus o Regina quid optes, Explorare labor, mihi iussa capessere fas est.* Ibidem.
Idem, *Triginta capitum fœtus enixa iacebit.* Aen. 3.

Exceptio.

Corripe Eia, ita, postea, quia.

Item casus omnes in A, vt Anchora, vela, Præter ablatiuum, vt de prora: & vocatiuos Græcos, vt o Aenea, Atla, Calcha, Palla.

Virg. *Non ita me experti Bitias, & Pandarus ingens.* Aen. 11.
Idem, *Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.* Aen. 3.
Idem, *Tendunt vela Noti, fugimus, spumantibus vndis.* Ibidem.
Idem, *Non hæc o Palla dederas promissa parenti.* Aen. 11.
Idem, *Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto.* Aen. 3.

E, in fine.

E Littera finita corripiuntur, vt Nate, fuge, pone, pene, nempe.

Aen.2. Virg. *Heu fuge nate Dea, teque his, ait, eripe flammis.*
Eglog.9. Idem, *Pone simul tecum solatia rapta Menalca.*
Lib.9. Mart. *Lege nimis dura conuiuam scribere versus*
Cogis Stella: licet scribere, nempe malos.

Exceptio I.

Producuntur omnia primæ,& quintæ declinationis, vt Anchisiades, o Anchisiade, Calliope, re, die, & quæ inde oriuntur, vt Quare, hodie, quibus adde Fame, cete, tempe.

Aen.6. Virg. *Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni.*
Aen.9. Idem, *Vos o Calliope, precor, aspirate canenti.*
Lib.10. Mart. *Non venias quare tam longo tempore Romam.*
Lib.7. Lucan. *Aut hodie Pompeius erit miserabile nomen.*
Aen.6. Virg. *Obijcit: ille fame rabida tria guttura pandens.*

Exceptio II.

Item verba imperatiui modi, numeri singularis, secundæ coniugationis, vt Vide, habe.

Epist.1. Horat. *Vade, vale, caue ne titubes; mandataque frangas.*
Lib.10. Mart. *Quæ tua sunt, tibi habe: quæ mea, redde mihi.*

Caue, fere corripitur.

Trist.1. Ouid. *Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis.*
Idem, produxit alibi:
Met.2. *Nate caue, dum resque sinit, tua corrige vota.*

Sunt etiam longa monosyllaba, ut me, te, se, Exceptis coniunctionibus enclyticis Que, ne, ve: Et syllabicis adiectionibus Pte, Ce, Te, ut suapte, hisce, tute.

Aen.1. Virg. *Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?*
Epist.1. Horat. *Neve putes alium sapiente bonoque beatum.*
Serm.1. Idem, *Hinc omnis pendet Lucilius hosce sequutus.*
Satyr.4. Lucret. *Accipe præterea, quæ corpora tute necesse est*
Lib.1. *Confiteare.*

Exceptio III.

Lõga præterea sunt, fere, ferme, ohe, & aduerbia a no-

a nominib. secundę declinationis profecta, vt placide, valde, minime, sũme: Præter bene, & male.

Iuuen. *Nulla fere caussa est, in qua non femina litem Mouerit.* Saty.6.

Idem, *Mobilis & varia est ferme natura malorum.* Sat.13.

Mart. *Ohe iam satis est, ohe libelle.* Lib.4.

Idem, *Excipe sollicitos placide, mea dona libellos.* Lib.9.

Idem, *Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle.* Lib.2.

Horat. *Et male tornatos incudi reddere versus.* In Art.

Appendix.

Facile, etiam, cum est aduerbium, corripitur.

Nã adiectiua tertiæ declinationis cũ in aduerbia trãseũt, vltimã habẽt breuẽ, vt Sublime, suaue, dulce.

Virg. *Cantantes sublime ferent ad sydera cigni.* Eglog.9.

Idem, *Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti Murice.* Eglog.4.

I, in fine.

I Vocali terminata longa sunt, vt Classi, fieri.

Virg. *Sic fatur lacrymans, classiq; immittit habenas.* Aen.5.

Mart. *Quam vellem fieri meus libellus.* Lib.8.

Exceptio I.

Corripe Nisi, quasi: Græca, quæ in I, vel Y, exeunt, ut Palladi, Daphni, moly.

Ouid. *Quid nisi, Pierides, solatia frigida restant?* De Põt.4.

Mart. *Cum dixi ficus, rides quasi barbara verba.* Lib.1.

Stat. *Palladi litoreę celebrabat Scyros honorum Forte diem.* Achil.1.

Virg. *Insere Daphni piros: carpent tua poma nepotes.* Eglog.9.

Ouid. *Moly vocant superi, nigra radice tenetur.* Met.14.

Exceptio II.

Mihi, tibi, sibi ultimam habent communem.

Ibi, ubi, cui, cum disyllabum est, frequentius corripiuntur.

Aen.1. Virg. *Post mihi non simili pœna commissa luetis.*
Eglog.10. Idem, *Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.*
Lib.1. Mart. *Sed norunt, cui seruiant leones.*
Lib.2. Idem, *Me legit omnis ibi senior, iuuenisque, puerque.*
In Epod. Horat. *Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis.*

O, in fine.

O Finita, ambigua sunt, vt Quando, uigilando, nolo.

Lib.5. Mart. *Nolo mihi ponas rhombum, mulumve bilibrem,*
Nolo boletos, ostrea nolo, tace.

Exceptio I.

Excipe monosyllaba, vt O, do, sto. Datiuos, & ablatiuos, vt somno, tuo.

Item Græca quæ habent omega, vt Androgeo, Atho, Clio, Alecto, & cetera eiusdem generis: quibus accedit, ergo, pro caussa.

Aen.2. Virg. *O lux Dardaniæ spes, o fidissima Teucrum.*
Ibidem. Idem, *Inuadunt vrbem somno, vinoque sepultam.*
Aen.7. Idem, *Luctificam Alecto Dirarum ab sede sororum*
Infernisque cies tenebris.

Exceptio II.

Item aduerbia a nominibus orta, vt subito, merito, multo: quibus adduntur adeo, ideo.

Hinc rursus excipiuntur Modo, quomodo, dummodo, postmodo, cito, immo: quibus accedunt Scio, nescio, duo.

Lib.5. Mart. *Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis:*
Tam subito coruus, qui modo cygnus eras?
Lib.6. Idem, *Non habet ergo aliud? non habet immo suum.*

Exceptio III.

Aduerbium, Sero, coniunctio, Vero, vltimam habent communem.

Lib.5. Mart. *Pro meritis cœlum tantis, Auguste, dederunt*
Alcidæ cito dij: sed tibi sero dabunt.

Val.

Val.Flac. —— *sin vero preces, & dicta superbus Respuerit.* Lib.5.

V, in fine.

V Finita longa sunt, vt Manu, cornu, Panthu.

Virg. *Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.* Aen.2.
Idem, *Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.* Aen.9.
Ouid. *Nec mora, curuauit cornu, neruoque sagittam Impulsit.* Met.11.
Virg. *Quo res summa loco, Panthu? quam prendimus arcem?* Aen.2.

B, D, T, in fine.

B, D, T, litteris terminata, corripiũtur, vt Ab, Quid, Audijt.

Virg. *Tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta.* Aen.8.
Idem, *Quidquid id est timeo Danaos, & dona ferentes.* Aen.2.
Idem, *Audijt, & triuia longe lacus, audijt amnis Sulphurea Nar albus aqua, fontesque Velini.* Aen.7.

C, in fine.

C Littera finita, longa sunt, vt Sic, Hoc, Hic aduerbium.

Virg. *Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.* Aen.3.
Idem, *Hoc Helymus facit, hoc aui maturus Acestes.* Aen.5.
Idem, *Classibus hic locus, hic acies certare solebant.* Aen.2.

Exceptio I.

Corripe, Donec, Nec.

Ouid. *Donec eris felix, multos numerabis amicos,* Trist.1.
Idem, *Parue, nec inuideo, sine me liber ibis in Vrbem.* Ibidem.

Exceptio II.

Hic pronomen virile, anceps est.

Virg. *Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis.* Aen.6.
Idem, *Est hic, est animus lucis contemptor, & istum.* Aen.9.

Verbum Fac, tutius corripitur.

Ouid. *Hos, fac armenios, hæc est Danaeia Persis.*
Mart. *Signa rarius, aut semel fac illud.* Lib.5.

L, in fine.

L Finita, breuia sunt, vt Asdrubal, semel, uigil, simul, Consul.

Lib.7. Silius, *Vertit terga citus damnatis Asdrubal ausis.*
Epist.1. Horat. *Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu.*

Exceptio.

Sal, nil, sol longa sunt.

Itē pleraque peregrina, vt Nabal, Daniel, Saul.

Sylu.4. Stat. *Non sal, oxyporumve, caseusve.*
Lib.10. Mart. *Nil aliud video, quo te credamus amicum.*
Met.2. Ouid. *Vlterius spatium medio Sol altus habebat.*

M, in fine.

M Finita, priscis temporibus corripiebantur, neque a sequente uocali, vt modo fit, excipiebantur: quod etiam nunc in compositis uerbis cernitur.

Annal.10. Ennius, *Insignita fere tum millia militum octo Duxit delectos, bellum tollerare potentes.*
Sat.9. Iuuen. *Quo te circumagas? quæ prima, aut vltima ponas?*

N, in fine.

N Littera finita, longa sunt, vt Sin, Titan, Siren, Salamin, Actæon, & cetera tertiæ declinationis, quæ in On exeunt.

Aen.1. Virg. *Sin absumpta salus, & te pater optime Teucrum.*
Lib.1. Lucan. *Vnde venit, Titan, & nox vbi sidera condit.*
Met.3. Ouid. *Actæon ego sum, dominum cognoscite vestrum.*

Item accusatiuus Græcus nominū in AS, ES, E, vt Aenean, Anchisen, Calliopen.

Græcus itidē genitiuus multitudinis cuiusuis declinationis, ut Cimmerion, Epigrammaton.

Aen.11. Virg. *Et sæuum Aenean agnouit Turnus in armis.*

Idem,

Idem, *Amitto Anchisen, hic me pater optime fessum*
Deseris. — Aen.3.

Tibul. *Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras.* — Lib.4.

Exceptio I.

Corripe An, in, forsan, forsitan, tamen, attamen, viden'.

Item En, syllaba finita, quæ faciunt genitiuo Inis, vt nomen, lumen, flumen.

Virg. *Forsitan & Priami fuerint quæ fata, requiras.* — Aen.2.

Idem, *Hic tamen ille vrbem Pataui, sedesque locauit.* — Aen.1.

Stat. *——forumque, quod amens*
Ipsa dedi, viden' vt iugulo consumpserit ensem? — Theb.3.

Ouid. *Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes.* — Fast.2.

Exceptio II.

Corripiuntur etiam Græca in On, quæ ad secundam nostram declinationem spectant, vt Pelion, Ilion, Erotion.

Ouid. *Ilion, & Tenedos, Simoisque, & Xanthus, & Ida.* — In Epist.

Mart. *Pallida nec nigras horrescat Erotion vmbras.* — Lib.5.

Omnes denique accusandi casus, qui a nominibus vltimam breuem habentibus proficiscuntur, vt Scorpion, Thetin, Ityn, Maian, Aeginan.

Lucan. *Scorpion incendis cauda, chelasque peruris.* — Lib.1.

Ouid. *Tantaque nox animi est, Ityn huc accersite, dixit.* — Met.7.

Stat. *Namque ferunt raptam patrijs Aeginan ab vndis.* — Theb.7.

R, in fine.

R Littera terminata corripiuntur, ut Amilcar, semper, semiuir, cor, precor, Hector, turtur.

Silius, *At senior Siculis exsultat Amilcar in armis.* — Lib.2.

Virg. *Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.* — Aen.1.

Lucan. *Inseruisse manus impure, ac semiuir audes?* — Lib.8.

Ouid.

Trist.5. Ouid. *Molle cor ad timidas sic habet ille preces.*
Sat.6. Iuuen. *Tolle tuum, precor, Annibalem, victumque Syphacem.*
Met.12. Ouid. *Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.*
Eglog.1. Virg. *Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.*

Exceptio.

Producito Cur, far, fur, Iber, Lar, Nar, ver, par cũ compositis, vt Cópar, dispar, & impar: Et Græca quę faciũt genitiuo Eris, vt Aer, ęther, crater.

In Art. Horat. *Descriptas seruare vices operumque colores, Cur ego, si nequeo, ignoroque, Poeta salutor?*
Lib.5. Mart. *Callidus effracta numos fur auferet arca.*
Lib.6. Lucan. *Si tibi durus Iber, aut si tibi terga dedisset Cantaber.*
Serm.2. Horat. *Ludere, par, impar, equitare in arundine longa.*
Saty.3. Virg. *Largior hic campos æther & lumine vestit Purpureo.*
Aen.6.

Appendix.

Celtiber, a Martiale lib.10. corripitur.
Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras.

As in fine.

AS, Syllaba finita longa sunt, vt Aeneas: Pallas Pallantis: fas, nefas.

Aen.10. Virg. *Aeneas ignarus abest, ignarus & absit.*
Ibidem. Idem, *Tela, manusque sinit hinc Pallas instat, & vrget.*
Georg.1. Idem, *Quippe etiam festis quædam exercere diebus Fas, & iura sinunt.*
Sat.13. Iuuen. *Credebant hoc grande nefas, & morte piandum, Si iuuenis vetulo non assurrexerat.*

Exceptio.

Corripe Græca, quorum genitiuus exit in Adis, vt Arcas: Pallas Palladis.

Item accusatiuos Tertiæ declinationis nominum Græcorum, vt Troas, Delphinas, Heroas.

Ouid.

Ouid. *Pallas anum simulat, falsósque in tempore canos Addit.* Met.6.
Mart. *Cum quibus Alcides, & pius Arcas erat.* Lib.9.
Ouid. *In te fingebam violentos Troas ituros.* In Epist.
Virg. *Permistos Heroas, & ipse videbitur illis.* Eglog.4.

Es, in fine.

ES, syllaba terminata longa sunt, vt Anchises, locuples, quoties, octies, decies, tricies, &c.

Virg. *Anchises alacris palmas vtrasque tetendit.* Aen.5.
Mart. *Orbus es, & locuples, & Bruto consule natus.* Lib.11.
Idem, *Dicere te lassum quoties ego credo Quirino?* Lib.10.
Idem, *Vno nasceris octies in anno.* Lib.8.
Idem, *Aegrotas vno decies, aut sapius anno.* Lib.12.

Exceptio I.

Corripe nomina tertiæ declinationis, quæ crescunt in obliquis penultima breui, vt diues, eques, hospes, pedes.

Virg. *Insula diues opum, Priami dum regna manebant.* Aen.2.
Idem, *Obuius armato, ceu cum pedes iret in hostem.* Lib.6.

Præter Abies, aries, Ceres, paries, pes, cū compositis, vt Cornipes, sonipes.

Virg. *Populus in fluuijs, abies in montibus altis.* Eglog.7.
Lucan. *Non aries illis, non vlla est machina belli.* Lib.8.
Virg. *Flaua Ceres alto nequidquam spectat Olympo.* Geor.1.
Ouid. *Nec pes ire potest, intra quoque viscera saxum est.* Met.6.
Virg. *Stat sonipes, ac fręna ferox spumantia mandit.* Aen.4.

Exceptio II.

Es, a verbo Sum, etiam breue est, & ex eo composita, vt Potes, ades: item Penes: Gręca neutra in Es, vt Cacoethes. Prętereà nominandi, vocandique casus Gręcorum, vt Arcades, Troes.

Virg. *Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios.* Aen.2.
Mart. *Tu potes & patrię miles, & esse decus.* Lib.6.
Horat. *Quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi.* In Art.
Iuuen. *—— tenet insanabile multos* Sat.1.

Scri-

Scribendi cacoethes, & agro in corde senescit.

Eglog.7. Virg. *Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.*

Aen.1. Idem, *Egressi optata potiuntur Troes arena.*

Is, vel Ys, in fine.

IS, vel Ys, finita corripiuntur, vt Apis, inquis, ais, Thetis, Tiphys, Itys.

Met.13. Ouid. *Non apis inde tulit collectos sedula flores.*

Lib.5. Mart. *Non est, inquis, idem: multo plus esse probabo.*

Sat.4. Pers. *Hunc ais? hunc dijs iratis, genioque sinistro.*

Achil.1. Stat. *Iam dudum tacito lustrat Thetis omnia visu.*

Eglog.4. Virg. *Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo Delectos heroas.*

Exceptio I.

Excipe casus omnes multitudinis, vt Viris, armis, musis, nobis, vobis: Quis, pro quibus, omnis, vrbis.

Item Glis, Vis, nomen, & verbum, Velis, Sis, cum compositis, vt quamuis, nolis, adsis.

Et secũdas psonas numeri singularis, modi Indicatiui quartæ coniugationis, ut Nescis, sentis.

Aen.1. Virg. *Præsentemq; viris intentant omnia mortem.*

Lib.1. Lucan. *Plus illa vobis acie, quam creditis, actum est.*

Aen.1. Virg. *—— o terque quaterque beati,*
Quis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere.

Aen.1. Idem, *Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.*

Lib.9. Mart. *Iam satis est: non vis Afer auere, vale.*

Lib.3. Lucan. *Quamuis Hesperium mundi properemus in axem.*

Lib.1. Mart. *Nescis heu, nescis dominæ fastidia Romæ.*

Exceptio II.

Longa præterea sunt, quorum genitiuus exit in Inis, Entis, Itis penultima longa, vt Salamis, Simois, Samnis, lis.

Ouid.

Ouid.	*Hac ibat Simois: hic est Sigeia tellus.*	In Epist.
Horat.	*Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.*	In Arte.

Os, in fine.

OS, finita longa sũt, ut Os oris, erectos, Tros, Minos, Heros, Athos, Androgeos, & cetera, quæ per ω, scribuntur.

Ouid.	*Os homini sublime dedit, cælumque videre* *Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*	Met. 1.
Virg.	*Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni.*	Aen. 6.
Idem,	*Primus se Danaum magna comitante caterua* *Androgeos offert nobis, socia agmina credens.*	Aen. 2.

Exceptio.

Corripe Os ossis, compos, & impos, & Græca neutra, ut Chaos, Melos, Argos.

Virg.	*Et Caos, & Phlegethon, loca nocte silentia late.*	Aen. 6.

Item, Os finita, quę ad secundam Latinam declinationem transeunt, ut Tyros, Arctos, Ilios.

Lucan.	*Et Tyros instabilis, pretiosaque murice Sidon.*	Lib. 3.
Mart.	*Nescia nec nostri nominis Arctos erat.*	Lib. 9.

Omnes denique interrogandi casus, a quibuscunque rectis proficiscantur, ut Arcados, Pallados, Typhoeos, Tethyos, Tereos.

Ouid.	*Arcados hinc sedes, & inhospita tecta Tyranni* *Ingredior.*	Met. 1.
Ouid.	*Alta iacet vasti super ora Typhoeos Aetna.*	Fast. 4.
Lucan.	*Tethyos vnda vagę lunaribus æstuet horis.*	Lib. 1.

Vs, in fine.

VS, syllaba terminata breuia sunt, ut Litus, intus sensibus: Et nominandi, uocandique casus singulares quartæ declinationis, vt Domus, manus.

Virg.	*Heu fuge crudeles terras, fuge litus auarum.*	Aen. 3.
Idem,	*Apparet domus intus, & atria longa patescunt.*	Aen. 2.
Idem,	*Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles.*	Ibidem.

Exce-

Exceptio.

Excipe monoſyllaba, vt plus, rus, tus,

Lib.1. Lucan. *Plus illa vobis acie, quam creditis, actum eſt.*

Et quę creſcunt in obliquis penultima longa, vt Salus, tellus, palus: Et nomina quartæ declinationis, pręter caſus ante dictos, vt Aditus, vultus.

Met.1. Ouid. *Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.*

Met.11. Idem, *Iuncta palus huic eſt, denſis obſeſſa ſalictis.*

Lib.8. Mart. *Hos aditus vrbem Martis habere decet.*

Denique Græca nomina, quorũ genitiuus exit in Vntis, vt Opus, Amathus: Et quæ ex πούς ποδός, componuntur, vt Tripus, Melampus: Quæque ex Oos contrahuntur, vt Panthus, ex Panthoos.

Item genitiuus in Vs, a fœmininis in O, vt Manto, Mantus: Clio, Clius: &c.

Aen.10. Virg. *Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphus, atq; Cythera.*

Aen.2. Idem, *Panthus Otriades, artis, Phœbique ſacerdos.*

Aen.10. Idem, *Fatidicæ Mantus, & Tuſci filius amnis.*

Huc etiam IESVS, ſacroſanctum Domini atque Redemptoris noſtri nomen ſpectat.

Appendix.

Vs, finita, non contracta, ab Os, ſyllaba profecta, corripiuntur, vt Pamphagus, Oribaſus, Polypus: quorum vltimum Aeoles per Os, ſcribunt πόλυπος: vnde a Latinis per Vs, eſſertur, vltima breui.

Met.3. Ouid. *Pāphagus, & Dorceus, & Oribaſus, Arcades omnes.*

In Epod. Horat. *Polypus, an grauis hirſutis cubet hircus in alis.*

De Syllaba Communi.

Communis ſyllaba, vt ſupra diximus, eſt quæ modo breuis, modo longa apud Poetas reperitur.

Præ-

Præceptum I. de syllaba communi.

ET diphtongus, & vocalis longa communes fiunt, cum vocalem diuersæ dictionis præcedunt.

Breues.

Virg.	*Insulæ Ionio in magno: quas dira Celæno.*	Aen.3.
Idem,	*Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto.*	Aen.5.
Idem,	*Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?*	Eglog.8.
Horat.	*Si me amas, inquit, paullum hic ades. Inteream, si,*	Serm.1.
	Aut valeo stare, aut noui ciuilia iura.	Saty.9.
Proper.	*Tu quoque Eurition vino Centaure peristi.*	Lib.2.

Longæ.

Virg.	*Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.*	Georg.1.
Idem,	*Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ:*	Eglog.7.
Idem,	*Lamentis, gemituque, & femineo vlulatu Tecta fremunt:*	Aen.4.
Idem,	*Et succus pecori, & lac subducitur agnis:*	Eglog.3.
Iuuen.	*Quis cœlum terris non misceat, & mare cœlo,*	Satyr.2.
	Si fur displiceat Verri homicida Miloni?	
Ouid.	*O ego quantum egi: quam vasta potentia nostra est?*	Met.2.

Breues & longæ in eodem versu.

Virg.	*Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.*	Georg.1.
Idem,	*Ter sunt conati imponere Pelio ossam.*	Ibidem.

Præceptum II.

MOnosyllaba breuia interdum a Poetis, more Græcorum producuntur.

Virg.	*Liminaque, laurusque dei, totusque moueri.*	Aen.3.
Iuuen.	*Et animam, & mẽtem, cum qua dij nocte loquuntur.*	Satyr.6.

Præceptum III.

SYllaba breuis post quattuor primos pedes, maxime secundum & tertium relicta, nonnunquam a Poetis producitur.

Syllaba breuis post primum pedem producta.

Virg.	*Pectoribus inhians sperantia consulit exta.*	Aen.4.
Idem,	*Oratis? equidem & viuis concedere vellem.*	Aen.11.

Iuuen.

Satyr.6. Iuuen. *Quis nescit? aut quis non vidit vulnera pali?*
Lib.6. Mart. *Meque sinus omnis, me manus omnis habet.*

Post secundum.

Aen.2. Virg. *Hic primum ex alto delubri culmine telis*
Nostrorum obruimur: oriturque miserrima cædes.
Aen.5. Idem, *Emicat Euryalus, & munere victor amici.*
Aen.10. Idem, *Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.*
Achil.2. Stat. *Namque semel Thetidi Proteus prædixerat vda.*
Lib.14. Mart. *Det tunicam diues: ego te præcingere possum.*
Lib.7. Idem, *Maximus ille tuus, Ouidi, Cæsonius hic est.*

Post tertium.

Aen.5. Virg. *Ostentans artem pariter, arcumque, sonantem.*
Aen.3. Idem, *Dona dehinc auro grauia, sectoque elephanto,*
Imperat ad naues ferri.
Aen.12. Idem, *Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus.*
Achil.2. Stat. *Nequa det indignos Thetidi captiua nepotes.*

Post quartum.

Aen.10. Virg. *Graius homo infectus liquens profugus Hymeneos.*
Eglog.6. Idem, *Ille latus niueum molli fultus hyacintho.*
Georg.2. Idem, *Muneribus, tibi pampineo grauidus Autumno.*

Admonitio.

His tribus præceptionibus non in suis componendis, sed metiendis veterum Poetarum carminibus, vtentur tirones.

Præceptum IIII.

Vocalis breuis ante mutam & liquidā eiusdem dictionis, vt supra dictum est, communis est in carmine, quamuis in soluta oratione semper corripiatur, vt Atlas, volucris, Cleopatra, Patroclus, lugubris, funebris.

Met.4. Ouid. *Tempus Atla veniet tua quo spoliabitur auro*
Arbor.
Aen.1. Virg. *—— cithara crinitus Iopas*
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.

Idem,

Idem, *Cum tacet omnis ager pecudes, pictæque volucres.* Aen.4.
Idem, *Assueta ripis volucres, & fluminis alueo.* Aen.7.

Appendix.

Syllaba natura longa numquam corripitur, etiam si muta cum liquida sequatur, vt Aratrum, volutabrum, inuolucrum, salubris, & reliqua generis eiusdem.

Præceptum V.

VLtima syllaba uersus communis est, siquidem breuis pro longa ponitur.

Virg. *Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.* Aen.1.
Idem, *Nate patris summi, qui tela Typhoea temnis.* Ibidem.

Sextus enim pes spondeus est, qui ex duabus longis constat.

Aut contra longa pro breui.

Mart. *Nobis non licet esse tam disertis,*
Qui Musas colimus seueriores. Lib.9.

Vltimus namque pes Choreus est, qui ex longa constat, & breui.

De Necessitate Metrica.

LEx necessitasque metri cogit Poetas breues aliquando producere, velut cum sunt tres breues continue in carmine Heroico, quod in Italia, Priamide, Arabia, alijsque id genus vsu venit.

Virg. *Ibitis Italiam, portusque intrare licebit.* Aen.3.
Idem, *Atque hic Priamidem laniatum corpore toto*
Deiphobum vidit. Aen.6.
Prop. *Et domus intacta te tremit Arabia.* Lib.2.

Vt contra longas corripere: vt cum breuis inter duas longas est.

Satyr. 2. Iuuen. *Fugerunt trepidi vera ac manifesta canentem Stoicida.*

Stoicidæ, dixit penultima breui, necessitate metri constrictus: neque enim hexametrum carmen Creticum recipit, qui ex longa, breui, & longa constat.

De Licentia Poetica.

POetæ, quibus semper potestas fuit, ut inquit Horatius quidlibet audendi, nulla coacti necessitate syllabis interdum, pro suo iure, abutuntur. Tulerunt enim, Dederunt, & nonnulla alia eiusdem generis penultima correpta efferunt.

Eglog. 4. Virg. *Matri longa decem tulerunt fastidia menses.*

Epist. 1. Horat. *Dij tibi diuitias dederunt, artemque fruendi.*

De Pedibus.

QVoniam de syllabis tū breuibus, tum longis, tum communibus dictum est, superest, vt & de pedibus, qui ex ipsis syllabis, & de versu, qui ex pedibus constat, breuiter dicamus.

Quid sit Pes.

PEs est pars versus, certo syllabarum numero, atque ordine definita.

Pedes duarum syllabarum.

Spondeus constat ex duabus syllabis longis, vt Possunt, Omnes.

Pyrrhichius ex duabus breuibus, vt Furor, Ruit.

Choreus, seu, vt alij vocant, Trochæus ex longa & breui, vt Arma, Vincor.

Iam-

Iambus ex breui & longa,vt Viros, Rogas.

Pedes Trium syllabarum.

Molossus ex tribus lōgis, ut Aeneas, Contēdunt.

Trochæus siue Tribrachys ex tribus breuibus, vt Facere,Tumidus.

Dactylus ex longa & duabus breuibus, ut Corpora, Traximus.

Anapestus ex duabus breuibus & longa, ut Animos, Capiunt.

Bacchius ex breui,& duabus longis, ut Dolores, Parabant.

Antibacchius ex duabus longis,& breui, ut Audisse, Maturus.

Creticus seu Amphimacer ex longa, breui & longa, vt Maximos, Audiunt.

Amphibracus ex breui longa, & breui, vt Cadebat, Poema.

Pedes quattuor syllabarum ex superioribus compositi.

Dispondeus constat ex duobus spondeis, vt Oratores.

Proceleusmaticus ex duobus Pyrrhichijs, vt Abiete.

Dichoreus ex duobus Choreis, vt Dimicare.

Dijambus ex duobus Iambis,ut Propinquitas.

Choriambus ex Choreo,& Iambo,ut Nobilitas.

Antipastus ex Iambo,& Choreo,ut Recusare.

Ionicus a maiore ex spondeo & Pyrrhichio, ut Calcaribus, Cantabimus.

Ionicus a minore ex Pyrrhichio, & Spondeo, vt Diomedes, Lacædemon.

Pæones.

Pęones quattuor ſunt, omnes ex tribus breuibus, & una longa conſtant, hac lege, vt primus primam habet longam, ſecundus ſecundam, tertius tertiam, quartus quartam.

Pęon I. ex Choreo & Pyrrhichio, vt Aſpicite, Temporibus.

Pęon II. ex Iambo & Pyrrhichio, vt Potentia, Docebimus.

Pęon III. ex Pyrrhichio & Choreo, vt Animatus, Moriamur.

Pęon IIII. ex Pyrrhichio & Iambo, vt Calamitas, Obierant.

Epitriti, ſeu Hyppij totidem ſunt, ſed ſuperioribus contrarij.

Epitritus I. ex Iambo & Spondeo, vt Repentino, Repugnarunt.

Epitritus II. ex Choreo & Spondeo, vt Conditores comprobarunt.

Epitritus III. ex Spondeo, & Iambo, vt Diſcordię, Clamaueras.

Epitritus IIII. ex Spondeo, & Choreo, vt Fortunatus, Pugnabamus.

Pedes quinque ſyllabarum.

QVinque ſyllabarum pedes inuſitati ſunt, præter Dochimum, oratoriæ compoſitioni maxime appoſitum: conſtat ex iambo & cretico, vt Reipublicæ, Perhorreſcerent.

De

De Verſu.

VErſus eſt oratio certo genere, numero, atque ordine pedum alligata.

Carmen Hexametrum, ſiue Heroicum.

Hexametrũ carmen conſtat ſex pedibus, quorum quintus dactylus eſt, ſextus ſpondeus, reliqui dactyli, vel ſpondei.

Virg. *Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.* Aen. 2.

Appendix.

Quintus pes nonnunquã ſpondeus eſt, vnde verſus Spondiacus appellatur: quo vel rei alicuius grauitas & amplitudo, vel ingens, mæror, animique angor, vel aliud declaratur.

Virg. *Cara Deum ſoboles, magnum Iouis incrementum.* Eglog. 4.

Idem, *Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumſpexit.* Aen. 2.

Pentametrum carmen.

Pentametrum carmen, quod fere hexametrũ comitatur, quinque pedes habet, quorum duo primi dactyli, vel ſpondei pro cuiuſque arbitrio ſunt, adiuncta ſyllaba longa, quæ cæſura, uel ſemipes dicitur: ceteri perpetuo ſunt dactyli, quibus ſemipes itidem adiungitur, vt ex utroque ſemipede quintus pes fiat: vel tertio loco eſt ſpondeus, qui alterius verbi fine, alterius initio conſtat, deinde duo anapæſti.

Ouid. *Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo:*
Et ſubito caſu, quæ valuere, ruunt. De Põt. 4.

Senarius Iambicus, ſiue Trimeter Iambicus, Acatalectus.

Senarius Iambicus cum purus eſt, & integer omnibus in locis Iambos habet.

Epod.2. Horat. *Beatus ille, qui procul negotijs.*

Omnes ſex pedes iambi ſunt, totidem enim pedes Senarius admittit, vnde & nomen inuenit. Verum, Tardior vt paullo, grauiorque veniret ad aures, vt Horatius ait, primo, tertio, & quinto loco Spondeum, Dactylum, & Anapæſtum recipit. Omnibus etiam locis præterquam ſexto, Tribrachum poteſt recipere.

Ibidem. Horat. *Pauidumque leporem, & aduenam laqueo grauem*
Iucunda captat præmia.

Dimetrum Iambicum Acatalectum.

Dimetrum Iambicum quattuor recipit pedes: ſecundo, & quarto loco Iambos: primo & tertio Iambum, ſpondeum, dactylum, anapæſtum: poteſt etiam in omnibus præter quartum, Tribrachum admittere.

Epod.2. Horat. *Has inter epulas vt iuuat paſtas oues.*
Videre properantes domum.

Subſcribitur hic verſus interdum eleganter Senario Iambico.

Lib.1. Mart. *Vir Celtiberis non tacende gentibus,*
Noſtraque laus Hiſpaniæ.

Scazon, ſiue Choriambus.

Scazon ſemper quincto loco habet Iambum, ſexto vero ſpondeum: ceteris omnibus cum Senario Iambico conſentit.

Lib.5. Mart. *Ex temporalis factus eſt meus Rhetor.*
Calphurnium non ſcripſit, & ſalutauit.

Anapæſticum dimetrum Acatalectum.

Anapæſticum carmen, quo frequenter in choris vtitur Seneca, cõſtat quattuor pedibus, qui fere ſunt dactyli, uel ſpondei, permiſtis anapæſtis,

ita

ita tamẽ vt ſecũdo, & quarto loco abſit dactylus.

Senec. *Lugeat æther, magnuſque parens* — Herculi Furent.
Aetheris alti, telluſque ferax,
Et vaga ponti mobilis vnda.

Appendix.

Secundus pes dictionem terminat qui frequentiſſime eſt ſpondeus.

Glyconium.

Glyconiũ carmen conſtat ſpondeo, & duobus dactylis, quo Seneca interdum choros ſcribit.

Senec. *Tandem regia nobilis,* — Thieſt.
Antiqui genus Inachi,
Fratrum compoſuit minas.

Aſclepiadeum.

Aſclepiadeum carmen conſtat ſpondeo, duobus choriambis, & pyrrhichio, vel ſpondeo, dactylo, & ſyllaba longa; deinde duobus dactylis.

Horat. *Mæcenas atauis edite regibus.* — Carm. 1.

Phaleucium.

Phaleucium carmen quinque pedibus cõſtat; ſpondeo, dactylo, deinde tribus choreis.

Mart. *Commendo tibi Quinctiane noſtros.* — Lib. 1.
Noſtros dicere ſi tamen libellos
Poſſum, quos recitat tuus Poeta.

Sapphicum carmen.

Verſus Sapphicus quinque pedes hoc ordine admittit, Choreum, ſpondeum, dactylum, deinde duos choreos, tertio cuique carmini fere nectitur Adonius, qui ex dactylo & ſpõdeo cõſtat.

Horat. *Integer vitæ, ſceleriſque purus* — Carm. 1.
Non eget Mauris iaculis, neque arcu,
Nec venenatis grauida ſagittis
Fuſce pharetra.

Siue per Syrteis iter æstuosas;
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quæ loca fabulosus
Lambit Hydapses.

De Carminum Dimensione.

VErsus metimur pedibus, quibus metiendis non parum prodest syllabæ communis, Necessitatis metricæ, Licentiæ poeticæ, Figurarumque cognitio.

Episynalœphe.

Episynalœphe, quæ & Synecphonesis, & Sinæresis appellatur, est syllaba vna ex duabus facta: quod fit cum duæ vocales in vnam contrahuntur: ut Aluearia, eadem, alueo, eodem, eosdem, aureis, ærei, denarijs.

Georg.4. Virg. *Seu lento fuerint aluearia vimine texta.*
Aen.10. Idem, *Vna, eademque via sanguis animusq; sequuntur.*

Hic E, & A, in vnam syllabam contrahuntur.

Aen.7. Idem, *Assueta ripis volucres, & fluminis alueo.*
Aen.12. Idem, *Vno eodemque tulit partu, paribusque reuinxit*
Serpentum spiris.

Hic E, & O, vocales in vnam coalescunt.

Aen.1. Idem, *Atria, dependent lychni laquearibus aureis.*
Aen.12. Idem, *Pectora: nec misero clypei mora profuit ærei.*

Hic E, & I, in vnam syllabam coeunt.

Lib.6. Mart. *Denarijs tribus inuitas, & mane togatum*
Obseruare iubes atria, Basse, tua.

Hic duplex ij, in vnum contractum est.

Idē accidit genitiuis Oilei, Achillei, Vlyssei, & datiuis, ablatiuisque Tereo, Typhoeo, & similibus: interdum & accusatiuo Typhoea.

Aen.1. Virg. *Vnius obnoxam, & furias Aiacis Oilei.*
Aen.3. Idem, *Litora Achæmenides comes infelicis Vlyssei.*

Idem,

Idem,	*Inarime Iouis Imperijs impoſta Typhoeo.*	Aen.9.
Ouid.	*Degeneras ſcelus eſt pietas in coniuge Tereo.*	Met.6.
Idem,	*Nec quo centimanum deieceras igne Typhoea,* *Nunc armatur eo.*	Met.3.

In primis E,& I: in ſecundis E,& O: in vltimo E,& A, in unam ſyllabam coaleſcunt.

In ſuperiorum contractione, delectu & aucto ritate opus eſt, at horũ Cui, huic, dij, dijs, ij, ijdẽ, ijſdem, vſque adeo omnibus uti licet.

Idem aduerbiorum Deinde, dein, deinceps, de hinc, & verbi Deeſt, deerat, deerãt, deerit, deerũt, deeſſe, & eorum, quæ ex Semi componuntur, ut Semianimis: Semihomo.

Ouid.	*Iuncta palus huic eſt denſis obſeſſa ſalictis.*	Met.11.
Lucan.	*Sed venient maiora metu: dij vota ſecundent.*	Lib.9.
Idem,	*Iidem, cum fortes animos præcepta ſubiſſent,* *Optauere diem.*	Lib.4.
Idem,	*Vſque adeo miſerum eſt ciuili vincere bello?*	Lib.1.
Stat.	*Dehinc ſociare choros, caſtisque accedere ſacris* *Hortantur.*	Achil.1.
Lucan.	*Non vlli comitum ſceleris præſagia deerant.*	Lib.8.
Mart.	*Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones.*	Lib.8.
Lucan.	*Semianimes alij vaſtum ſubiere profundum.*	Lib.3.
Virg.	*Semihominis Caci, facies quam dira tegebat.*	Aen.5.

Huc etiam ſpectat Anteambulo, antehac, anteit, & ſi qua præterea ſunt.

Mart.	*Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis.*	Lib.2.
Lucan.	*Plurimaque humanis antehac incognita menſis.*	Lib.6.
Virg.	*Qui candore niues anteirent, curſibus auras.*	Aen.12.

Synalœphe.

Synalœphe eſt, cum uocalis, aut diphthongus præcedentis dictionis a ſequenti excipitur, & quodammodo abſorbetur.

Virg.	*Atque ea diuerſa penitus dum parte geruntur.*	Aen.9.

Idem,

Aen.2. Idem, *Conticuere omnes, intentique hora tenebant.*

Aen.10. Idem, *—— clamorem ad sidera tollunt*
Dardanidæ e muris: spes addita suscitat iras.

Exceptio.

O, & Heu, sequente vocali, aut diphthongo, integra manent.

Aen.10. Virg. *O pater, o hominum, Diuumque æterna potestas.*

Theb.5. Stat. *Heu vbi siderei vultus? vbi verba ligatis*
Imperfecta sonis?

Appendix I.

Interdum nec vocalis, nec diphthongus, vt supra diximus a sequente uocali excipitur.

Georg.1. Virg. *Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.*

Aen.1. Idem, *Posthabita coluisse Samo: hic illius arma.*

Id quod multo rarius accidit, si uocalis breui sit.

Aen.1. Virg. *Et vera incessu patuit dea; ille vbi matrem.*

Appendix II.

Synalœphe non solum in eodem carmine, sed in diuersis locum habet.

Geor.3. Virg. *Et spumas miscent argenti, viuaque sulphura,*
Ideasque pices.

Geor.2. Idem, *Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida,*
Et steriles platani malos gessere valentes.

Aen.1. Idem, *—— quibus orbis in oris*
Iactemur doceas: ignari hominumque locorumque,
Erramus.

In his atque similibus locis vltima vocalis præcedentis versus excipitur, atque absorbetur a prima sequentis.

Ecthlipsis.

Ecthlipsis est, cum M, littera simul cum vocali eliditur, propter frequentem vocalem.

Aen.3. Virg. *Italiam Italiam primus conclamat Achates?*

Sat.1. Pers. *O curas hominum, o quantum est in rebus inane.*

Appen-

Appendix I.

Prisci M, litteram cum vocali correpta seruabāt.

Lucret. *Nam si tantundem est in lana glomere, quantum,* Lib. 1.
Corporum in plumbo est, tantundem pendere par est.

Corporum, Dactylus est.

Ennius, *Insignita fere tum millia militum octo.* Ann. 10.

Appendix II.

Ecthlipsis etiā in diuersis carminibus locū habet.

Virg. *Iamque iter emensi, turres ac tecta Latinorum* Aen. 7.
Ardua cernebant iuuenes, murosque subibant.

Idem, *Aut dulcis musti Vulcani decoquit humorem,* Eglog. 1.
Et folijs vndam tepidi despumat aheni.

Appendix III.

Prisci Poetæ, S, litteram passim elidebant; quod si deinde concurrerent vocales, prior a posteriore per Synalœpham excipiebatur.

Ennius, *Doctus, fidelis suauis homo facundus, suoque* Annal. 7.
Contentus, atque beatus, scitus secunda lo juens in
Tempore, commodus, & verborum vir paucorum.

Doctu'fi. Cundu'su dactyli sunt. In secundo versu ex primo uerbo exteritur, S, deinde fit Synalœpha, sic Content' Atque be.

Rarissime apud posteros videas hanc litteram extrictam.

Cic. *Delphinus iacet haud nimio lustratus nitore.* In Arat.
Alcinous, Lōge erit a primo quisquis secundus erit.

Lustratus, & Qu squis, s, amittunt.

Diæresis, siue Dialysis.

Diæresis est, cum syllaba vna in duas diuiditur, ut Auari, trisyllabum: pro Auræ dissyllabo: syluæ, euoluam, euoluisse, dissoluo, Heu persoluendus, suauis, iam apud Comicos dissyllabum.

Virg. *Aethereum sensum, atque aurai simplicis ignem.* Aen. 6.

Horat.

Epo.13.	Horat.	*Niuesque deducunt Iouem: nunc mare, nunc sylua.*
De coma	Catul.	*Condita quin vere pectoris euoluam.*
In Epist.	Ouid.	*Debuerant fusos euoluisse suos.*
De coma	Catul.	*Pristina vota nouo munere dissoluo.*
Ad Liuiã.	Ouid.	*Vita data est vtenda, data est sine fœnore nobis* *Mutua, nec certa persoluenda die.*
Lib.8.	Mart.	*Heu quam bene nunc Papyriane.*
De liuore	Virg.	*Non lux, non cibus est suauis illi.*

Systole.

Systole est, cũ syllaba natura longa corripitur.

Aen.1.	Virg.	*Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.*
Aen.6.	Idem,	*Illa autem, paribus quas fulgere cernis in armis.*
Aen.8.	Idem,	*—— totumque instructo Marte videres,* *Feruere Leucaten, auroque effulgere fluctus.*
Lib.8.	Sil.	*Terruerunt pauidos accensa Ceraunia nautas.*

Aut positione longa: sed altera consonante ex trita, ut Obicis, pro Obijcis: Abici, pro Abijci.

Lib.8.	Lucan.	*Cur obicis Magno tumulum, manusque vagantes?*
De Põt.2.	Ouid.	*Turpe putas abici, quod sim miserandus amicis.*

Ectasis, siue Diastole.

Ectasis est, cum aut syllaba natura breuis simpliciter producitur.

Aen.1.	Virg.	*Italiam fato profugus, Lauinaque venit* *Litora.*
Theb.2.	Stat.	*—— seu castra subire* *Apparet: aut celsum crebris arietibus vrbis* *Inclinare latus.*

Aut cum eadem consonans geminatur, ut Rel ligio, relliquiæ, repperit, rettulit, reppulit.

Aen.2.	Virg.	*Relligione patrum, multos seruata per annos.*
Aen.1.	Idem,	*Troas relliquias Danaum, atque immitis Achilli.*
Epigram.	Idem,	*Vir bonus & sapiens, qualem vix repperit vnum.*
In Epi.2.	Horat.	*Rettulit acceptos regale numisma, Philippos.*
Lib.1.	Lucan.	*Reppulit a Libycis immensum Syrtibus æquor.*

Aut I, & V, vocales in consonantes mutantur.

Virg. —— *cuius apertum* Aen.11.
Aduersi longa transuerberat abiete pectus.
Idem, *Mœnia, quique imos pulsabant ariete muros.* Aen.12.
Idem, *Abietibus iuuenes patrijs, & montibus æquos.* Aen.9.
Idem, *Hærent parietibus scalæ, postesque sub ipsos.* Aen.2.
Sil. *Arietat in primos, obicitque immania membra.* Lib.4.

In his & similibus locis, I, vocalis fit consonās: itaque Abiete, ariete dactyli sunt.

Virg. *Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri.* Geor.1.
Idem, *Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.* Aen.5.

In his V, vocalis in consonantem migrat: quare Tenuia dactylus est, itidem Genuala. Hæc est Probi sententia: sunt qui existiment esse proceleusmaticum. Neque mirari debes, si vocales mutentur in consonantes: cum eędem litteræ consonantes: interdum in vocales vertantur, vt dissoluo quadrisyllabū, pro dissoluo trisyllabo, & cetera, quæ per Diæresim in duas syllabas diuidūtur.

De Cæsura.

SI Pedes, maxime versus Heroici e singulis verbis constent, ineptum, & insulsum fit carmen, vt

Aurea scribis carmina Iuli maxime uatum.

Contra, si verba concidantur, ita vt mutuo amplexu pedes alij ex alijs pendeant, pulcherrimus efficitur versus.

Virg. *Semper honos nomenque tuum, laudesque manebunt.* Aen.1.
Idem, *Non ignara mali miseris succurrere disco.* Ibidem.
Idem, *Iustitiaque dedit gentes frenare superbas.* Ibidem.
Idem, *Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.* Aen.6.

Syllaba, quę ex dictione cædit̃, ac post quęuis

pedem

pedem relinquitur, vulgo, Cæsura dicitur; cuius tanta est vis, vt eius beneficio breuis syllaba producatur: est enim quoddam in ipsa diuisione verborum latens tempus: nam dum moramur, atque ad alias transimus, interuallum vnum spatiumque lucratur.

Aen.4. Virg. *Pectoribus inhians spirantia consulit exta.*
Aen.5. Idem, *Emicat Euryalus, & munere victor amici.*
Aen.10. Idem, *Vna eademque via sanguis, animusque sequuntur.*
Ibidem. Idem, *Graius homo infectos linquens profugus hymenæos.*

Vides ut syllabæ natura breues post primum, secundum, tertium, & quartum pedem producātur? id beneficium cæsuræ acceptum referunt.

Appendix.

Anapæstici versus optimi putantur, si pedes singuli e singulis fiant verbis.

Thiest. Senec. *Tertia misit buccina signum.*
Ibidem. Idem, *Nondum sera nuntius hora.*
Ibidem. Idem, *Curuo breuius limite currens.*

Qui tamen perpauci sunt, si cum alijs conferantur.

Ibidem. Idem, *Pectora longis habetata malis*
Iam sollicitas ponite curas:
Fugiat mœror, fugiatque pauor.

Ne te illud prætereat, Anapæsticum versum nonnunquam pedem anapæstum habere nullum, id quod primi tres versiculi aperte docent.

De Pentemimeri, Hephthemimeri, &c.

VEteres Grammatici versum Heroicum in quattuor partes secant, quas sectiones siue cęsuras, appellant Pentemimerim: Trochaïcam: Hephthemimerim: Bucholicam, siue Tetrapodiam.

Pen-

Pentemimeris, Latine Semiquinaria, constat ex duobus pedib. & syllaba, q̃ dictionẽ claudat, vt

Virg. Vt belli signum —— Aen. 8.
Idem, Panditur interea —— Aen. 10.
Idem, Turnus vt infractos. Aen. 12.

Trocaica post duos pedes habent duas syllabas longam & breuem, siue trochęum, qui dictionem terminet, vt

Virg. Non omnes arbusta —— Eglog. 4.
Idem, Infandum Regina —— Aen. 2.
Idem, Excutiens ceruice —— Aen. 12.

Hephtemimeris, Latine Semiseptenaria, continet tres pedes, & syllabam, quæ dictionem finiat.

Virg. Talibus Ilioneus: cuncti —— Aen. 1.
Idem, Multa super Priamo rogitans —— Ibidem.
Idem, Terram inter fluctus aperit: —— Ibidem.

Bucolica, seu Tetrapodia fit, si Semiseptenaria duas breues adiunxeris, vt

Talibus Ilioneus: cuncti simul ——
&, Multa super Priamo rogitans, super ——
&, Terram inter fluctus aperit: furit ——

Hanc tamen postremam aiunt propriam esse Bucolici carminis, qua Theocritus plurimum est vsus.

Appendix.

Versus qui Heroico nomine digni censentur, modo cæsuram vnam habent, vt

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce.
Panditur interea domus omnipotentis Olympi.
Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos.

Om-

Omnes solam semiquinariam habent.

Modo duas, ut

Non omnes arbusta iuuant, humilesque myricæ.
Infandum Regina iubes renouare dolorem.
Excutiens ceruice toros, fixumque latronis, &c.

Omnes Trochaica, & Semiseptenaria constant.

Modo tres, ut

Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant.
Multa super Priamo rogitans super Hectore multa.
Terram inter fluctus aperit: furit æstus arenis.

Omnes & Semiquinariam, & Semiseptenariam, & Bucolicam habent.

De Verbis Poeticis.

VErborum licentia liberiores multo sunt Poetæ, quam Oratores, quibus assidue, accurateque legendis, non solum verba, sed etiam cetera ornamenta ijs, qui Poeticæ studio tenentur, diligentissime sunt obseruanda.

DE PATRONYMICIS nominibus.

PRopria item Poetarum sunt, quæ a Grammaticis Patronymica uocantur, quod a patrum, maiorumque nominibus facta, filium, aut filiam, nepotem, aut neptem, aut ex posteris aliquem significent. Hæc fere a Græcis nominibus fiunt, atque uel in Des, vel As, vel Is, vel Ne exeunt: quorum prima masculina sunt, & primæ declinationis, ut Pelides, Achilles Pelei filius.

Ouid.

Ouid. *Pelides vtinam vitasset Apollinis arcus.* In Epist.

Aeacides, Achilles Aeaci nepos.

Virg. *Sauus vbi Aeacidæ telo iacet Hector, vbi ingens Sarpedon.* Aen.1.

Idem, *Coniugio Aeacidæ Pyrrhi, sceptrisque potitum.* Aen.3.

Aeacides, Pyrrus Epirotarum rex, ab Aeaco originem trahens.

Idem, *Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas. Ipsumque Aeacidem, genus armipotentis Achillei.* Aen.6.

Cetera fœminina sunt, & declinationis tertię, exceptis ultimis, quæ secundæ sunt Græcorum, vt Thestias, Althæa Thestij filia.

Ouid. *Thestias haud aliter dubijs affectibus errat.* Met.8.

Thaumantias, Iris Thaumantis filia.

Virg. *Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est.* Aen.9.

Aeolis, Alcione Aeoli filia.

Ouid. *Aeolis interea tantorum ignara malorum.* Met.11.

Atlantis Atlantidis, Electra Atlantis filia.

Virg. *Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & auctor Electra, vt Graij perhibent, Atlantide cretus.* Aen.8.

Nerine Nerines, Galatea filia Nerei.

Idem, *Nerine Galatea, &c.* Eglog.7.

Appendix.

Patronymica non solum a patribus, auis, proauis, abauis, atauis, tritauis, alijsque maioribus deducuntur, sed etiam a matribus, vt Iliades, Romulus ab Ilia; Philyrides, Chiron Centaurus, a Philyra; Latois, idis, vel idos, Diana, a λητώ hoc est Latona.

Ouid. *Inuadunt, portasque petunt, quas obijce firmo Clauserat Iliades.* Met.14.

Idem, *Philyrides puerum cithara perfecit Achillem.* Met.7.

Idem, *Præteritas cessasse ferunt Latoidos aras.*

Item a fratribus, vt Phoronis, Io, seu Isis Phoronei soror: Phaetontias, soror Phætontis.

Met.1.	Idem,	*Nec superum rector mala tanta Phoronidos vltra Ferre potest.*
Eglog.6.	Virg.	*Tum Phatontiadas musco circũdat amara Corticis.*

A regibus pręterea, & conditoribus, vt Romulidæ, Romani, a Romulo: Dardanidę, Troiani, a Dardano: Aeneadæ, ab Aenea: Cecropidæ, Athenienses, a Cecrope: ijdem Thesidę, a Theseo.

Satyr.1.	Pers.	*—— inter pocula quærunt Romulidæ saturi, quid dia poemata narrent.*
Aen.5.	Virg.	*Dardanidæ magni, genus alto a sanguine Diuum.*
Aen.3.	Idem,	*Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.*
Met.7.	Ouid.	*Phocus in interius spatium, pulchrosque recessus Cecropidas duxit.*
Georg.2.	Virg.	*Præmiaque ingentes pagos & compita circum Thesidæ posuere.*

Appendix II.

Multa a regionibus, vrbibus, montibus, fontibus, fluuijs, alijsque rebus fiunt, quæ formam quidem patronymicam habent, re autem vera gentilia sunt, aut pro possessiuis, adiectiuisq; nominib. ponũtur, vt Asis, Libystis, Italis, Ausonis, Sarmatis, Colchis, Cithonis, Thessalis, Sicelis, Sidonis, Ilias, Troas, Erymantis, Mænalis, Pieris, Tritonis, Pegasis, Phasis, Phœbas.

Met.9.	Ouid.	*—— celerique carina. Aegeas metiris aquas, & in Aside terra Mœnia constituis.*
Lib.7.	Sil.	*Ad quem Cymodoce Nympharum maxima natu Italidum.*
Aen.5.	Virg.	*—— occurrit Acestes Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrsæ.*
Fast.2.	Ouid.	*Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes: Captaque erat lyricis Ausonis ora sonis.*
Trist.2.	Idem,	*Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.*
In Epist.	Idem,	*Nec vehit Actæas Sithonis vnda rates.*
Aen.1.	Virg.	*Interea ad templum non æquæ Palladis ibant Crinibus Iliades passis.*

Ouid.

Ouid. *Troades exclamant: obmutuit ille dolore.* Met.13.
Idem, *Cumque truci Borea Manalis vrsa videt.* Trist.3.
Idem, *Pegasis Oenone Phrygijs celeberrima siluis.* In Epist.
Idem, *Vectam frænatis per inane draconibus Aegeus*
Credulus immerita Phasida fouit ope. Fast.2.
Lucan. *Limine terrifico metuens consistere Phœbas.* Lib.5.

PATRONYMICA MASCVLINA quo pacto formentur.

Præceptum I.

NOmina A, finita assumunt Des, syllabam, vt Ilia, Iliades, As: terminata assumunt De syllabam ante, s, vt Aeneas, Aeneades: Phæretias, Phæretiades.

Ouid. *Cumque Pharetiade, & Hyanteo Iolao.* Met.8.

Exceptio.

A, finita aliquando ipsum A, mutant in I, vt Phylira Phylirides: As terminata interdum I, ante A, assumunt, vt Amyntas, Amyntiades, Philippus Amyntæ filius.

Ouid. Aut ut Amyntiadem, &c. Aeneides, Iulus Aeneæ filius, fit a Græco αἰνείας Aeneiades, sublato A, Aeneides. In ibin.

Virg. *Atque his ardentem dictis affatur Iulum:*
Sit satis Aeneide, telis impune Numanum
Oppetijsse tuis. Aen.9.

Præceptum II.

ES, finita mutant Es, in Ades, vt Hippotes Hippotades, Aeolus Hippotæ filius.

Ouid. *Clauserat Hippotades æterno carcere ventos.* Met.4.

Exceptio.

Hæc sępe I, ante A, admittunt, vt Anchises, Anchisiades, Laertes, Laertiades.

Aen.8. Virg. *Aeneas Anchisiades, & fidus Achates.*
Met.13. Ouid. *Saxa mouet gemitu, Laertiadaque precaris.*

Præceptum III.

Nomina secundæ declinationis Vs; finita, in genitiuo assumunt Des, syllabam penultima breui, ut Aeacus, Aeaci, Aeacides: sic Priamides, Aeolides, Tantalide, a Priamo, Aeolo, Tantalo.

Aen.6. Virg. *Misenum Aeoliden, quo non præstantior alter.*
Met.13. Ouid. *Priamidemque Helenum rapta cum Pallade captum.*
In Ibin. Idem, *Tantalides tu sis, tu, Tereique puer.*

Exceptio I.

Nonnulla penultimam habent longam, ut Belydes, Lycurgides, Amphiaraides.

Aen.2. Virg. *—— si forte tuas peruenit ad aures*
Belida nomen Palamedis.
In Ibin. Ouid. *Quique Licurgidem lacerauit ab arbore natum.*
Fast.2. Idem, *Amphiaraides Naupacteo Acheloo*
Solue nefas, dixit: soluit & ille nefas.

Exceptio II.

Quæ a nominibus secundæ declinationis fiũt, interdum etiam ante Des, syllabam, A, litteram recipiunt, maxime quæ in Ius exeunt: vt Battus, Battiades: Asopus, Asopiades: Menœtius, Menœtiades: Thestius, Thestiades: Nauplius, Naupliades: hæc in Ius, posterius, I, genitiui mutant in A, Thestij, Thestiades.

In Ibin. Ouid. *Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin.*
Hoc ego deuoueo teque, tuosque, modo.
Met.7. Idem, *Huic Asopiades, petis irrita, dixit, & vrbi.*
In Epist. Idem, *Siue Menœtiaden falsis cecidisse sub armis.*
Met.8. Idem, *—— ne titulos intercipe femina nostros,*
Thestiada clamant.

Idem,

Idem, *Sed neque Naupliades facinus defendere tantum.* Met.13.

Iapetionides ab Iapeto, pro Iapetides, longius a norma recessit.

Ouid. *Hic hominum cunctis ingenti corpore præstans*
Iapetionides Atlas fuit —— Met.4.

Præceptum IIII.

Genitiuus nominum in EVS, assumit Des, syllabam penultima longa: E, Enim & I, vocales in I, longum, uel ei diphthongum contrahuntur: vel ει, more Græcorum, ut a multis scribitur: vt Atreus, Atrei, Atrides, seu Atreides: sic Pelides, Alcides, Achilleides, Thesides, Tydides, & sexcenta alia.

Ouid. *Conuocat Atrides socios terrore pauentes.* Met.13.
Virg. *Te precor Alcide, cœptis ingentibus adsis.* Aen.10.
Ouid. *Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris.* In Epist.

Appendix.

Hæc rarius A, ante Des, syllabam habent.

Virg. *Panthus Otriades arcis, Phœbique sacerdos.* Aen.2.

Præceptum V.

Si nomina sint tertiæ declinationis, patronymica fiũt a datiuo, addita Des, syllaba, ut Agenor, Agenoris, Agenori, Agenorides, Cadmus filius Agenoris: Thestorides, Calchas filius Thestoris: Actorides, Patroclus nepos Actoris: Æsonides, Iason filius Æsonis.

Ouid. *Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum.* Met.3.
Idem, —— *at ueri prouidus augur*
Thestorides vincemus ait. Met.12.
Idem, *Reppulit, Actorides sub imagine tutus Achillis*
Troas ab arsuris cum defensore carinis. Met.13.
Val.Fl. *Aduolat Aesonides, mortemque cadentis aceruat.* Lib.6.

Exceptio.

Nomina As, finita, quorum genitiuus exit in Antis, A, litteram ante Des, syllabam petunt, ut Abas, Abantis, Abanti, Abantiades: sic Atlantiades, Pæantiades, Athamantiades, Dryantiades, & alia id genus.

Met.5. Ouid. *Victor Abantiades patrios cum coniuge muros Intrat.*

Met..8 Idem, *Venit Atlantiades positis caducifer alis.*

Eodē fere modo formantur quæ a nominibus in On, fiūt Telamon, Telamonis, Telamoni, Telamoniades: Amphitryoniades, Laomedontiades.

A Scipione tamen non Scipioniades, sed Scipiades, imminuto uerbo nascitur.

Met.13. Ouid. *Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quidquam Audet.*

Aen.8. Virg. *Interea cum iam stabulis saturata moueret, Amphitryoniades armenta.*

Ibidem. Idem, *Laomedontiaden Priamum Salamina petentem.*

Georg.1. Idem, *—— hæc Decios, Marios, magnosque Camillos Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar.*

Lib.7. Sil. *Heu vbi nūc Gracchi? aut vbi sunt nūc fulmina gētis Scipiadæ?*

PATRONYMICA FOEMININA vnde formentur.

Præceptum I.

Patronymica fœminina, quæ in As, & Is, exeunt, fiunt a masculinis, De, syllaba sublata, vt Thestiades, Thestias, Thestiadis: Æetiades, Æetias: Thaumantiades, Thaumantias: Phaetontiades, Phaetontias: Aeolides, Aeolis, Aeolidis: Tantalides, Tantalis: Oebali-

Oebalides, Oebalis: Latoides, Latois: Dardanides, Dardanis, idis: Cecropides, Cecropis: Belides, Belis, idis. Multa præterea sunt, quæ passim apud Poetas leguntur.

Ouid. —— *rapido fallax Aeetias igni* — Met. 7.
Imponit purum laticem ——

Idem, *Talibus Aeolidis dictis, lacrymisque mouetur.* — Met. 11.

Idem, *Aut ego Tantalidæ Tantalis uxor ero.* — In Epist.

Idem, *Assidue repetunt, quas perdunt Belides, undas.* — Met. 4.

Appendix I.

Quędam tum in As, tum Is, exeunt, vt Aeetias, & Aeetis: Atlantias, & Atlantis.

Val. Fl. —— *nec me Aeetis quin audiat opto.* — Lib. 7.

Idem, —— *ingens Aeetida perculit horror.* — Lib. 6.

Virg. *Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.* — Georg. 1.

Sil. *Vixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum.* — Lib. 16.

Appendix II.

Fœminina, quæ a masculinis fiunt penultima lōga, in Eis, desinũt, soluta diphthōgo, atque E, breui, in longũ uerso, ut Aeneides, Aeneis, Aeneidos: Achilleides, Achilleis, Achilleidos: Theseides, Theseis, Theseidos.

Ouid. *Et tamen illa tua felix Aeneidos auctor.* — Trist. 2.

Stat. *Viue precor: nec tu diuinam Aeneida tenta.* — Theb. 12.

Iuuen. *Semper ego auditor tantum? numquam ne reponam* — Satyr. 1.
Vexatus toties rauci Theseide Codri?

Exceptio.

Nonnumquam penultima manet breuis.

Ouid. *Res quoque tanta fuit, quanta subsistere summo* — De Pōt. 3
Aeneidos vati grande fuisset opus.

Præceptum II.

NE, finita a genitiuo fiunt addita Ne sylla-ba, penultima longa, ut Neptunus, Neptuni, Neptutine: sic Adrastine, Nerine: a genitiuis Adrasti, Nerei, E, & I, mutatis in I, longum.

Quod si primigenium I,ante Os,habeat,mutabitur Os,in One,penultima producta, vt Acrisios, ἀκρισιώνη Acrisione,Danae Acrisij filia.

Argon. Catul. *Te ne Thetis tenuit pulcherrima Neptunina?*

Appendix.

A muliebri Acrisione finxit Ouidius virile Acrisioniades.

Met. 5. *Vertit in hunc harpen madefactam cæde Medusæ*
Acrisioniades, adigitque in pectus; at ille, &c.

De Metaplasmo.

PRoprium itidem Poetarum est verbis quibus Oratores vtuntur, aliquid interdum addere, vel detrahere. Nonnumquam litteras alias alijs permutare: Aliquando proprio loco in alienum transferre: quod quidem cum insoluta oratione uitium sit Barbarismusque nominetur, in carmine tamen non Barbarismus, sed Metaplasmus appellatur: datur enim uenia Poetis,quia plerunque coguntur metro seruire. Metaplasmus uero dicitur, quod vetus verborum forma, vel necessitate metri, vel ornandi poematis caussa, a Poetis in nouam figuram,faciemque sermonis mutetur.

Prothesis, πρόθεσις.

Littera,uel syllaba principio dictionis addita, vocatur Prothesis,vt Gnatus,pro Natus:Tetulissem, pro tulissem.

Andr. Terent. *Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum Cognosces.*

Ibidem. Idem, *Nam pol, si id scissem, numquã huc tetulissem pedi.*

Epen-

Epenthesis, ἐπένθεσις.

Epenthesis est, quum medio dictionis littera, aut syllaba interijcitur, ut Relliquias, pro reliquias: Mauors, pro Mars: nauita, pro nauta.

Virg. *Troas relliquias Danaum, atque immitis, Achillei.* Aen. 1.

Idem, *Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro Procubuisse lupam.* Aen. 8.

Ouid. *Quid tibi cum gladio? dubium rege nauita puppin.* Fast. 2.

Paragoge παραγωγὴ seu Proparalepsis, προπαράληψις.

Paragoge, seu Proparalepsis dicitur cum extremæ syllabæ aliquid adiungitur, ut Deludier, pro deludi: admittier, pro admitti.

Teren. *Vbiuis facilius passus sim, quã in hac re me deludier.* Andr.

Virg. *—— tum Nisus, & vna Euryalus confestim alacres admittier orant.* Aen. 9.

Aphæresis, ἀφαίρεσις.

Littera, vel syllaba principio dictionis subtracta Aphæresis appellatur: vt, Ruo, pro eruo: Temno, pro contemno.

Virg. *—— dabit ille ruinas Arboribus, stragemque satis, ruet omnia late.* Aen. 12.

Syncope, συγκοπὴ.

Syncope litterã, uel syllabam e medio dictionis subtrahit, ut Gubernaclo, pro gubernaculo: periclis, pro periculis: vixet, pro vixisset: extinxẽ, pro extinxissem.

Virg. *Cumque gubernaclo liquidas proiecit in vndas Præcipitem.* Aen. 5.

Idem, *—— hic me pater optime fessum Deseris: heu tantis nequidquam erepte periclis.* Aen. 3.

Idem, *Vixet, cui vitam Deus, aut sua dextra dedisset.* Aen. 11.

Idem, *—— natumque patremque* Aen. 4.

Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.

Apocope, ἀποκοπή.

Apocope fini dictionis aliquid detrahit, ut Tuguri, pro tugurij : Oti, pro otij.

Eglog.1. Virg. *Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.*

Georg.4. Idem, *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat*
Parthenope, studijs florentem ignobiles oti.

Antithesis, ἀντίθεσις.

Antithesis est litteræ cõmutatio, vt Olli, p illi.

Aen.5. Virg. *Olli caruleus supra caput astitit imber.*

Metathesis, μετάθεσις.

Metathesis est litterarum ordo immutatus, ut Thymbre, pro Tymber.

Aen.10. Virg. *Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.*

Nisi quis putet nominandi casu tum Thymber, tum Thymbrus dici, vt Euãder, & Euãdrus.

Appendix.

Synalæphe, Episynalæphe, Diæresis, Ecthlipsis, Sistole, Diastole, sunt etiam Metaplasmi species, de quibus supra egimus.

De Prosodia.

GRæci προσῳδίας, Latini Accentus, Tenores, & interdum Tonos uocant. Accẽtus rector est, ac moderator pronunciationis : eo enim vel attollitur, vel deijcitur uox, uel partim deijcitur. Vnde ipsum non immerito quidam uocis animam appellarunt.

Accentus tres.

Tres sunt tenores, Acutus, Grauis, Circumflexus. Acuto tollitur syllaba, graui deprimitur, ut

popu-

populus, antepenultima acuitur, penultima vero & vltima deprimitur, gradatimque descendunt.

Acuti nota e sinistra in dextrã oblique ascẽdit: Grauis a summo in dextram oblique descendit.

Accentu Circumflexo partim attollitur, partim deijcitur syllaba, vt Romanus: eius nota ex acuto & graui constat: sonus hodie incertus est: si quidem Latinę linguę hospites, veterisque pronũciationis ignari eodem penitus sono tum acutas, tum flexas voces efferimus.

Acutus in penultima, uel antepenultima locũ habet: Circumflexus in penultima tantum: Grauis vbi vterque abest.

Præceptum I.

NVllius uerbi Latini vltima syllaba, auctore Quinctiliano, aut acuitur, aut circumflecti tur. Quare Palam, una, alias, & cetera id genus aduerbia, prima acuta sunt pronuncianda. Nec te moueat quod ultimæ a Typographis graui accentu notentur, id enim tantum fit, ut aduerbia esse intelligas.

Præceptum II.

DIctio vnius syllabæ natura breuis, aut positione solũ longa acuitur, vt at, ast, fax, dux.

Præceptum III.

DIctio monosyllaba natura longa, aut positione simul & natura, flectitur, ut Mos, ros, lux.

Præceptum IIII.

IN dissyllabis prior natura longa, aut positione simul & natura flectitur, dummodo posterior

rior ſit breuis, ut Cæcus, audit æſtus, męſtus, matris, fratris. Alioquin acuitur; ut Aeſtas, arma, ſuror.

Præceptum V.

IN polyſyllabis ſemper obſeruanda eſt penultima, quæ flectitur, ſi longa fuerit natura, aut natura ſimul & poſitione, dummodo ultima ſit breuis: ut Amicus, affligit, aratrum, palęſtra, anapęſtus. Alioquin acuitur, vt Romanos, victores, Marcellus.

Præceptum VI.

IN polyſyllabis ſemper acuitur antepenultima, ſi penultima ſit breuis, ut Dominus, Areopagus.

De præpoſitionum tono.

Quinc. li. 1. cap. 5.

Præpoſitiones ſuis caſibus præpoſitæ vno eodemque tenore ſimul cum ipſis efferuntur, ac ſi vna tantum eſſet vox, vt Per forum, ab eo, ad Deum, Præter morem, contra fœdus. Vides ut præpoſitiones graui tono pronuncientur.

De Græcis Verbis.

VErba plane Gręca Græco accentu pronunciantur, ut παραλειπομένον Paralipomenō, penultima acuta. λιθόστρωτος Lithoſtrotos, acuta antepenultima. κύριε kyrie eadem acuta. ἐλέησον Eleiſon, uerbum eſt quatuor ſyllabarum, cuius non ultima, ſed antepenultima acuitur.

Appen-

Appendix.

In Græca lectione si duæ uocales concurrant, ne in carmine quidem eliditur prior, nisi in ipsis libris ante extrita per apostrophon fuerit. Quare cum κύριε ἐλέησον *septem syllabis constet, totidemque vocalibus saluis & integris scribatur, nulla prorsus est omittenda.*

Kyrie eleison non solum a Latinis, sed etiam a Græcis per septem vocales scribitur. Esa.33. κύριε ἐλέησον ἡμᾶς. *Psalm.40.* ἐγὼ δὲ εἶπα κύριε ἐλέησόν με. *Et paullo post,* σὺ δὲ κύριε ἐλέησον με. *Matth.cap.17.* κύριε ἐλέησόν μου τὸν υἱὸν. *Si vltima vocalis prioris dictionis aut euphoniæ, aut ornatus caussa elidenda esset, eius absentiam Græci apostropho, vt solent, notassent.*

De Hæbreis Vocibus.

QVÆ Hebręa omnino sunt, neque Latinitate donata, Hebræo tono pronunciantur, ut Amen, Cherubim, Seraphim, quæ àcuta extrema, ut pleraque alia, efferuntur.

Exceptio.

Abel, Cain, Lamech, Noe, Abigail, Baal, Edem, Ephrata, Ephraim, Gomor, Isboseth, Phase, Siboleth, & quæ in Ezer, Sedec, Melec, Ai, exeunt, ut Eliezer, Melchisedech, Abimelec, Sarai, Sinai, Abisai, penultima acuta pronunciantur.

Alia

Alia præterea ſunt huius claſſis, quæ conſulto prætermitto.

Appendix.

Quæ a Grçcis & Hebrçis ad Latinos defecerunt, Latinorum norma metienda ſunt; vt Idolum media flexa, cum a Græcis εἴδωλον, Idolon, antepenultima acuta, pronuncietur.

Sara a Latinis priore acuta effertur, quia declinatur vt Muſa, cum ab Hebrçis Sara poſterior acuatur. Sed hæc hactenus.

LAVS DEO.

COMPENDI[illegible]

SECVNDI [illegible]

LIB[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

COMPENDIOLVM SECVNDI ET TERTII LIBRI

Grammaticæ Emmanuelis Aluari, e ſocietate IESV:

In quo breuiter, ac facile quæ a pueris memoriæ mandari debent, collecta ſunt

Per Ludouicum Carbonem:

Additis per eundem communibus conſtructionis regulis, ex varijs auctoribus collectis.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, M D LXXXIX.

Andreas Muſchius Excudebat.

ANDREAS MVSCHIVS
Studioſo Adoleſcenti S.

CVM *Ludouicus Carbo, ſtudioſe Adoleſcens, ad noſtram officinam his diebus ſe contuliſſet; deq; nobis, vt fieri ſolet, quæſiſſet, quidnam præ manibus imprimendum haberemus, Emmanuelis Aluari Grammaticam nos propediem impreſſuros eſſe reſpondimus. Ad cuius operis emendatã editionem nos vehementer hortatus eſt: id quod, vt potuimus, & vt ars ipſa, quæ per ſe eſt ſatis lubrica, patitur, præſtare conati ſumus. Et cũ nos viciſſim ex eo quæreremus, numquid haberet, quo ſtudioſæ iuuentuti in hac editione prodeſſe poſſet, ſe olim Compendiolum, ſeu tabellas ſecundi & tertij huius grammaticæ libri confeciſſe, easq; apud ſe conſeruare dixit. Tunc nos publicæ vtilitatis deſiderio moti, id Compendij, nobis vt imprimendum daret, etiam, atque etiam petiuimus. Et quamuis a principio nonnullis de cauſſis, & ob eam maxime, quod nondum eſſet omni ex parte abſolutum, ſibiq; ob grauiores occupationes perficere non liceret, nobis negauerit; tamen precibus permotus, vt vt erat tradidit, & vt imprimeremus permiſit, id quod fecimus. Non, vt quicquam huic grammaticæ, quam mirum in modum nobis Carbo laudauit, vt ea, quæ eſt omnium exactiſſima, & ad puerorum ingenia, tum ob ordinem, tum ob breuitatem maxime accommodata, aliquid adderemus; ſed vt puerorum laborem aliqua parte minueremus. Cum nemo ſit fere puer, qui ex ijs, quos audit de aliqua arte libros, aliquam breuem ſummam colligere non conetur. Ex hoc itaque Compendiolo, ſtudioſe Adoleſcens, hanc in primis vtilitatem capies, vt quæ tibi ſunt memoriæ mandanda, ea breuiter, & ordinate habeas collecta. Deinde, in his tabellis, vno quaſi oculi ictu, quicquid ad aliquam regulam plene cognoſcendam pertinet, tibi intueri licebit. Et denique, ne plures vtilitates percenſeam, ſingulis fere, vel ſaltem paucis diebus, totam ſyntaxis, ac proſodiæ rationem, percurrere, ac recenſere poteris: quod profecto facere debent ij, qui*

in toto suorum studiorum cursu, ea in promptu habere volunt, quibus, aut legendo, aut scribendo quotidie egent. Hac itaque huius Compendioli breuitate, ac facilitate ea, paruo temporis spatio, facile memoria complecteris, quæ tibi perpetuo sunt futura vsui. Quod autem ad vsum huius Compendioli attinet, id vnum te monebo, auctoris grammaticam ita esse distributam, vt primum communes tradantur regulæ, postea vero, quædam ad earum declarationem, amplificationemq; adijciantur scholia: quæ autem adiecta sunt, appendicibus continentur: quarum aliæ dicuntur primi generis, vt sunt illæ quæ post communes regulas primo loco pueris explicandæ sunt: aliæ secundi generis, quæ alio tempore, explicari debent: aliæ denique tertij generis, quas postremo loco, pueri, cum maiores in re grammatica fecerint progressus, docendi sunt. Ludi itaque magistri primum communes regulas simpliciter doceant: deinde appendices, & primum primi, tum secundi, & postremo postremi generis, vna cum ijs, quæ ad figuratam constructionem pertinent, exponant. Et quoniam idem Carbo, & experientia, & doctrina bonorum auctorum didicit, quantum in omni arte perdiscenda communia præcepta vtilitatis afferant, quasdam communes regulas, quas ex Aluaro, & alijs nonnullis grammaticis collegit, huic Compendiolo adiecit: ex quibus, si Ludi magistri eas pueros docebunt, & pueri sibi familiares facient, maximam vtilitatem referent: cum omnem fere construendi rationem breuiter contineant. Nam, cum certum sit nullis grammaticorum præceptionibus, omnia quæ ad congrue & latine loquendum pertinent, contineri, & magnam regularum, exceptionum, admonitionum, ac submonitionum copiam multum puerorum ingenijs obesse, expediret profecto, quibusdam communioribus traditis, & aliquo breui tempore exercitatis regulis, ad ipsam auctorum explicationem accedere, & quæ ad obseruationem, qua sola latina lingua plene discitur, attinent, inter legendum pueros docere. Ceterum, eam quisque teneat in docendo rationem, quam ipse maxime probauerit. Nobis satis illud erit, in huius Compendioli editione, tibi, studiose Adolescens, prodesse voluisse. Vale.

COMPENDIOLVM LIBRI SECVNDI GRAMMATICAE Emmanuelis Aluari.

DE OCTO PARTIVM orationis constructione.

DE CONCORDANTIIS.

Nomen cum verbo.

VERBVM finiti modi postulat ante se nominatiuum aperte, vel occulte, eiusdem { Numeri, & Personæ; } vt, { Si uales bene est: Ego quidē ualeo. }

Verbum infiniti modi, ante se accusatiuum habet; vt, hunc nimbum transijsse lætor.

Appendices I. generis.

1 Voces copulatæ sæpius verbū plurale desiderant, etiāsi omittatur coniunctio; vt, sunt nobiscū Nicias & Valerius.

Interdum singulari contentæ sunt; ut, mens ratio, & consilium in senibus est.

2 Verbum plurale, si nomina sint diuersarum personarum, nobiliorem personam sequitur.

Prima est nobilior quā secunda, & tertia; & secunda, quā tertia; ut, si tu & Tullia ualetis, ego & Cicero valemus.

Appendices II. generis.

1 Prima, & secunda persona non explicantur, nisi { Cum diuersa studia significamus; ut, ego patriam liberaui: vos sine periculo esse non curatis: Aut plus significamus, quam dicimus; ut, tu innocentior, quam Metellus? }

2 Verbum infinitum interdum partes nominatui agit; ut, non est mentiri meum.

Interdum, verbum cum suo casu; vt, vacare culpa, magnum est solatium.

Appendices III. generis.

1 Poetæ verbo plurali aliquando vtuntur intercedente præpositione, cū; ut, Remo cū fratre Quirinus iura dabūt.

Oratores singulari; vt, Domitius cum Messalla certus esse videbatur.

2 Poetæ, intercedente prępositione, cum, verbum multitudinis præstantiori personæ reddūt; vt, Diuellimur inde Iphitus & Pelias mecum.

Oratores verbum nominatiuo reddunt, nulla habita ratione ablatiui, quod & poetæ faciunt; vt, tu, quid ego & populus mecum desideret, audi.

3 Verba	Apparet, fallit, Fugit, præterit, Latet, loco noīatiui membrum orationis habēt: Idem accidit interdum in verbis passiuis; vt,	Apparebat literas non esse illius. Tarquiniū dixisse ferē: sed vsitatius ferūt, &c. aut, ferē Tarqnius dixisse.

4 Idem interdum verbo, videtur, vsu venit: modo aperte, ut non mihi videtur ad beate viuendum, satis posse virtutem: quod non est imitandum; sed melius dicitur, satis posse virtus: modo obscure; ut, eique de mancipijs, quæ tibi videtur attribuas, deest attribuēda esse.

Adiectiuum cum substantiuo.

Nomina	Adiectiua, Participia, Pronomina	cohærēt cum substantiuis,	Genere, Numero Casu; ut	hiems sūma. ille bon[9] vir. scintilla contempta.

Appendices I. generis.

1 Substantiua coniuncta fere adiectiuum multitudinis requirunt; vt, Hippocrates & Epicides nati Carthagine.

Si adiectiuum sit singularis numeri, conuenit cum viciniore substantiuo, genere, numero, casu; vt, contumacia, superbia, odium, ac molestia perferenda est.

2 Adiectiuum plurale præstantius genus sibi vendicat: virile præstantius est alijs; vt, Domus, vxor, liberi inuenti: neutrū muliebri præfertur, pręcipue cū de rebus inanimatis est sermo; ut, Diuitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt.

3 Cum

3 Cum ſubſtantiuis rerum inanimatarum ſæpe iungitur neutrum multitudinis; ut, Ira, & auaritia imperio potentiora erant: Sed Cicero, fere proximi rationem habet; vt, veſtrum in me ora, & oculos eſſe conuerſos.

Appendices II. generis.

1 Participia	Factus, creditus, Dictus, dicendus, Viſus, appellatus, Et alia eiuſdem generis,	Si inter duo ſubſtantiua ponantur, non continuo cũ pręcedente conſentient. Nec ſi poſt utrunque collocentur, cum altero conſentire poſſunt.

Vnde, quod ad conſtructionem attinet, non collocationis verborum, ſed rerum ratio habenda eſt: cohæret itaque adiectiuum cum eo nomine, quod eſt fundamentum orationis; ut, Puteoli colonia dicæarchia appellati.

2 Adiectiuum fœmininum interdum reſpondet uiciniori ſubſtantiuo pluralis numeri; ut, Hoc ſenatus conſul. literæq; miſſæ ſunt.

Si de rebus animatis agitur, ſatius eſt circuitione uti; ut, Lucretia caſtiſſima fuit, qua uirtute eius mancipiũ floruit: potius, quã Lucretia & eius mancipiũ fuerunt caſtæ.

Appendices III. generis.

1 Cum apud probatos ſcriptores adiectiuum conuenit cum ſubſtantiuo minus principali, figurata conſtructio cenſenda eſt; vt, omnis error ſtultitia cenſenda eſt: Gens vniuerſa Veneti appellati.

2 Poetæ ſubſtantiuis præpoſitione, cum, copulatis, plurale adiungunt; vt, ſors eadem Iſmarios Hebrum, cum Strimone ſiccat: Et ſequuntur etiam generis pręſtantiam; ut, Ilia cum Lauſo de Numitore ſati.

Relatiuum cum antecedente.

Relatiuũ qui, quæ, quod, concordat cum antecedente in	Genere, & Numero.	Nemo nos amat, qui te non diligat. O te ferreum, qui non moueris.
Item, pronomina iſta, cum fiunt relatiua:	Hic, iſte, Ille, ipſe, Is, idem.	Venit obuiam tuus pater, is mihi literas reddidit.

Appendices I. generis.

1 Relatiuũ qui, quæ, qđ, cũ antecedenti præponitur, cũ eo cohęret	Genere, Numer. Casu; ut	Quos cum Martio pueros miserã, mihi epistolã attulerunt.

Sed sæpius alterum relatiuum subijcitur ex ijs pronominibus: hic, iste, &c. vt, quam quisque norit artem, in hac se exerceat.

2 Quod si inter duo substantiua ponatur, cum altero consentire potest, etiam si alterum propium sit; vt, locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

3 Quantus, qualis, & cetera id genus nomina, cum fiunt relatiua, cum consequente substantiuo, genere, numero, & casu conueniunt; ut, dixi tanta contentione, quantum forum est: talis mens, quale ingenium.

Appendices II. generis.

1 Nominatiuus & verbum, Adiectiuum & substantiuum, Relatiuum & antecedens, interdum, maxime apud Poetas & Historicos, sensu & significatione conueniunt, licet voce discrepent; vt	Pars in frustra secant. Pars vescentes sub vmbra. Vbi illic est scelus, qui me perdidit?

2 Orationis membrum interdum vice antecedentis ponitur, idque in neutro genere; vt, quod mihi summo dolori est, ipse se afflixit.

Appendices III. generis.

Si plura antecedant substantiua coniunctionibus colligata, idem obseruandum, quod de adiectiuis dictum est; ut, Propter auctoritatem doctoris, & vrbis; quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis.

Interdum redditur relatiuum viciniori substantiuo; ut, mihi non uenerat in mentem furorem & insaniam obstare vobis, in quam incidistis.

Substantiua continuata.

Substantiua continuata, quæ ad eandem rem spectant, casu concordant, quamuis genere & numero aliquando dissentiant; vt,	Tulliola delitiæ nostræ. Comum tuæ, meæque delitiæ.

Appen-

Appendices III. generis.

1 Interdum alterum ſubſtantiuum genitiui eſt caſus, licet alterum alio caſu efferatur; vt
- In oppido Antiochiæ eſt.
- Vrbē Buthroti venit.

2 Sed vtri reddendum eſt verbum, adiectiuum, & relatiuum, an magis an minus communi? Reſpondetur:
- Si alterum ſit propriũ hominis, cũ eo verbum concordabit; ut, Deliciæ tuæ noſter Aeſopus, eiuſmodi fuit.
- Si de alijs rebus agatur, ſæpius cõ communiori; ut, Corioli oppidum captum.

Interrogationis & reſponſionis conſenſus.

Interrogatio & Reſponſio caſu cõſentiunt; vt
- Quem exiſtimas principem oratorum? Demoſthenem.
- Quo morbo fuiſti affectus? febricula.

De conſtructione verbi Actiui.

Verbũ actiuũ deſinit in, o, vnde fit paſſiuũ addita, R.

Primus ordo Actiuorum, poſt ſe accuſatiuum poſtulat.

Huc pertinent verba,
- Amandi, amo, diligo.
- Laudandi, laudo, commendo.
- Sentiendi, video, cerno.
- Intelligendi, cognoſco, &c.
- Loquendi, lego, voco.
- Agendi aliqua, ago, incipio, &c.

Secundus ordo, genitiuus præter accuſatiuum; qui genitiuus fere crimen, aut pœnam ſignificat.

Huc pertinent verba,
- Accuſandi, Accuſo, defero, accerſo.
- Abſoluendi, Abſoluo, libero, obligo.
- Damnandi, Damno, condemno.
- Monendi, Moneo, arguo.
- Emendi, Emo, redimo.
- Vendendi, Vendo, loco, conduco.
- Aeſtimandi, Duco, puto, facio, pendo.

Appendices I. generis.

1 Genitiuus criminis in ablatiuum, cum de, poteſt mutari, maxime poſt verba,
- Accuſo, Damno,
- Arguo, Condemno,
- Defero, Poſtulo.

Dicimus

Dicimus etiam, capite aliquem damnare, punire, plectere.

2 Abſoluo, libero, Obligo, obſtringo, Alligo, aſtringo, Mulcto,	Vt ablatiuum petunt, ita ablatiuum ſignificantem pœnam, ſine præpoſitione admittunt; ut, abſoluo peccato, morte mulcto.

Appendices II. generis.

1 Non eſt temere vtẽdum verbis accuſandi; nec enim	Corripio, reprehendo, Vitupero, culpo, Caſtigo, punio, Plecto, mulcto, excuſo,	cum genitiuo iũguntur: ſed dicimus taxare, ſugillare &c. alicuius uitia.

2 Interdum præpoſitionẽ, in, admittunt; ut, me tibi excuſo, in quo te accuſo.

Appendices I. generis, circa verba emendi, æſtimandi, vendendi.

1 Verba emendi, vendendi locandi, habent fere genitiuos.	Tanti, quanti, minoris, Tantidem, quanticunque. Sed pretiũ ablõ effertur.

2 Verba æſtimandi præter hos genitiuos, habent	Magni, parui, Maximi, minimi; vt,	Quãti penderes. Te maximi facio

3 Dicimus etiam Magno, permagno, paruo & magno pretio æſtimo.

Appendices II. generis.

1 Cum verbo Facio, iunguntur	Nauci, flocci, Pili, aſſis, Teruncij, nihili; ut,	Non aſſis, non flocci te facio. Pro nihilo habeo, duco diuitias.

2 Sum, pro æſtimor, admittit eoſdem genitiuos	Magni, maximi, Pluris, plurimi,	Magni mihi erũt literæ tuæ.

3 Aequi bonique, vel æqui boni facio, boni conſulo, ſingularia ſunt; ut, moram hanc boni conſulo.

Verba	Admoneo, Commoneo, Commonefacio,	Genitiuum habent cum accuſatiuo; ut, ſui officij cõmoneo. Et pro genitiuo habere poſſunt ablatiuũ cũ præpoſitione, De.

Tertius

Tertius ordo, Datiuus post accusatiuum.

Huc p- tinent verba,
- Dandi, do, tribuo, dedo, impendo, &c.
- Reddendi, reddo, refero, restituo.
- Committendi, cõmitto, mando, trado, credo.
- Promittendi, promitto, spondeo.
- Declarandi, aperio, explico, expono, indico.
- Anteponendi, antefero, antepono, præopto.
- Posponendi, posthabeo, &c.

Appendices I. generis.

1 Alia sunt huius tertii ordinis; vt,
- Facio tibi iniuriam, facio tibi fidem.
- Ago vobis gratias, mitto tibi, & ad te li teras.
- Interdixisti nobis vsum purpuræ.
- Mihi persuasum putato.

2 Multa com posita ex acti- uis, & præposi- tione
- Ad, Addo, applico.
- In, Insero, inuro.
- Ob, Oppono, offundo.
- Præ, Præparo, præcludo.
- Sub, Subduco, subscribo.

Appendices II. generis.

1 Habeo tibi fidem, idest, credo: adhibeo tibi fidem, in eadem re, est dubium, & controuersum.

Præsto tibi fidem dicimus, cum fidem seruamus.

2 Sunt qui- bus geminus datiuus prẹter accusatiuum apponitur.
- Do tibi hoc laudi, uitio, culpæ, crimini, pignori, &c.
- Vertis id mihi vitio, stultitiæ.
- Id tibi ducis honori, laudi, dam- no, &c.

Appendices III. generis.

1 Mutuo, non est huius loci; non enim dicimus, mutuaui tibi pecuniam; sed
- Dedi tibi pecunias mu- tuas.
- Dedisti mutuos centum nummos.

Dicimus fere dare mutuum de pecunia, & iis, quæ redduntur eiusdem generis; de ceteris, commodare, usitatum est, quod & de pecunia dicitur.

2 Iubeo, cum imperare significat, ponitur cum infinito; ut, Iubeo te sperare. Alioqui non habet casum personæ, sed rei; ut, ratio iubet quæ facienda sunt. Iubeo, cum

datiuo personæ & particula, ne, non est vsurpandum.

Cum autem decernere, statuere, & creare significat, non solum accusatiuum rei, sed etiã personæ admittit; ut, Ostendit se Dolabellã consulem esse iussurum.i.creaturũ.

Quartus ordo, Geminus accusatiuus post verbum.

Huc pertinent verba, { Rogandi, seu petẽdi; rogo, peto, posco, flagito. Docendi, doceo, cum compositis. Monendi, moneo, &c. Et verbum, celo. }

Appendices I. generis.

Dicimus etiã, moneo, admoneo doceo, erudio, { te de hac re, idest, commonefacio, certiorem facio, }

Celo eandem præpositionem admittit; & cum datiuo maxime passiue; ut, Hoc celatur patri.

Appendices II. generis.

1 Verbum, commoneo, non admittit geminum accusatiuum, sed accusatiuum, cum genitiuo, vel ablatiuo, vt supra.

2 Hæc verba docendi, { Erudio, instituo, Informo, instruo, Imbuo, } Non geminum accusatiuum, sed ablatiuum cum accusatiuo; ut,

Imitatione tui erudias: literis se imbuerat.

Appendices III. generis.

1 Peto, cum duobus accusatiuis apud veteres, non legitur, nisi figurate; sicuti petere in Indos.i. ab Indis.

2 Prisci dicebant, exigor pecunias, portorium: unde etiam videntur dixisse, exigo te pecunias; sed non sunt in usu.

3 Erudio apud poetas duos datiuos admittit.

Quinctus ordo, Ablatiuus præter accusatiuum.

Huc pertinent verba, { Vestiendi, induo, insterno, spolio, nudo. Implendi, & contraria: Impleo, satio, farcio. Onerandi, onero, premo, obruo, exonero, leuo. Liberandi, soluo, exsoluo, alligo, obligo. Priuandi multa, fraudo, abstineo, uiduo, orbo, euerto, pello, &c. }

Appendices II. generis.

1 Impleo etiam genitiuum admittit; ut, ollam denariorum

riorum implere, ſed ablatiuus uſitatior eſt.

2 Compleo apud Plautum cum genitiuo reperitur.

3 Dono, impertio, aſpergo, datiuum, vel ablatiuum ſine præpoſitione; ut, ciuitate donauit.

Huc accedit, inſpergo, intercludo, & aliquando, exuo.

Appendices III. generis.

1 Impleo, interdum cum præpoſitione, de; ut, de quibus uolumina impleuit.

2 Verba veſtiendi cum duobus accuſatiuis, iuncta voce actiua, non leguntur; paſſiua apud hiſtoricos & poetas reperiuntur. Verum,

Cicero, verbo induo, & exuo, voce actiua unum accuſatiuum tribuit; voce paſſiua ablatiuũ: aliquando etiam datiuus additur.

Sextus ordo; Ablatiuus cum præpoſitione a, vel ab, præter accuſatiuum.

Huc pertinent verba,
- Petendi, & percontandi, peto, poſco, flagito, contendo, quæro.
- Auferendi, Abduco, abſtraho, auello, auoco.
- Remouendi, Deterreo, arceo, amoueo, auerto.
- Abſtinendi, Abſtineo, refræno, cohibeo.
- Accipiendi, Audio, emo, cõduco, fero, reporto.

Appendices I. generis.

Intelligendi verba, cognoſco, agnoſco, diſco, præpoſitionem ex, recipiunt; ut, quæ ex te cognoro.

Et aliquando etiam alia; ut, quæro ex te, & maxime quæ ex præpoſitione, e, &, ex, componuntur; vt, eijcio, eripio, expello.

Appendices II. generis.

Quædam, modo datiuum, modo ablatiuum cum præpoſitione habent, præter accuſatiuum.

Vt ſurripio, arripio; ut, tu mihi eripuiſti, a me abſtuliſti.

Appendices III. generis.

1 Verba petendi & percontandi, licet duos accuſatiuos admittant, ut ſupra eſt dictum; tamen, præter proprium, hos fere admittunt: Hoc, illud, Id, iſtud, Idem, quid, quod, aliquid, nihil, multa, & id genus alios.

2 Oro, exoro, obſecro, poſt accuſatiuum perſonæ, fere ſubiunctiuum poſtulant; ut, orauit me, ut huc venirem.

3 Quæ-

3 Quædam verba huius ordinis pręposịtionem, de, admittunt; ut, audiui de patre meo.

De constructione verbi Passiui.

Verbũ passiuũ desinit in, or, unde fit actiuũ, remota, R.

Ante se postulat nominatiuum, qui fit ex accusatiuo actiuo: post se ablatiuum cum a, uel ab, qui fit ex nominatiuo actiuo cum inter se permutantur.

Cæteri casus integri manent, ut in actiuo.

Quando est in actiuo geminus accusatiuus in quarto ordine, qui personam significat, vertitur in nominatiuũ.

Quando actiuum admittit ablatiuum personæ, si fiat permutatio perturbatur sensus; ut, aufero a te ueстẽ; uestis aufertur a me a te; clarius, a me tibi: accipio a te literas; literæ tuæ accipiuntur a me.

Interdum more Græcorum loco ablatiui admittit datiuum; ut, auditus est nobis.

Interdum accusatiuum addita præpositione; ut, id assequetur, si per Prætores Consules creantur.

De constructione verbi Neutri.

Verbum neutrum desinit in, um, vel, o, & ex se passiuum personale non gignit; ut, sum, sto.

Primus ordo, vtrinque nominandi casus.

Huc pertinent, { Sum, Viuo, Venio, } ut, { Senectus ipsa est morbus. Ego viuo miserrimus.

Appendices I. generis.

1 Omne verbum personale finiti modi vtrinque regit nominatiuum, cum utrunque nomen ad eandem rem pertinet; ut, audiui hoc de parente meo puer: liber, qui scribitur Lælius.

2 Huc pertinent verba, quæ vocatiua appellantur. { Appellor, vocor, nominor, Nuncupor, dicor, Feror, pro dicor, videor, & similia.

Appendices II. generis.

1 Si duo illa nomina non sunt eiusdem numeri & personæ, verbum concordat cum nomine, quod est basis orationis; ut, sanguis fuere lacrymæ; nota argenti fuere bigæ,

gæ,atque quadrigæ.

2 Etiam verbum perſonale infiniti modi poſt ſe petit nominatiuum, cum res pertinet ad nominatiuum præcedentis verbi; ut, nolo eſſe longior.

Quod frequentiſſimum eſt in verbo, videor; ut, quæ mihi minor eſſe videtur. Verbū enim videor, fere poſt ſe nominatiuum, ſiue addatur, ſiue omittatur infinitum, poſtulat eiuſdem numeri, & perſonæ. Vnde non dicimus, mihi uidetur me ſperare, ſed,videor; ut, ſi videris tibi me poſſe conſequi.

Interdum tamen imperſonaliter vſurpatur; vt, mihi uiſum eſt aliquid ad te ſcribere. Quod accidit, cum non tam opinio, aut ſententia, quam voluntas, & inductio animi ſignificatur, & fere pro verbo,placet, ponitur;aut, cum non eſt locus nominatiuo; vt, mihi uidetur Deo ſeruiendum.

3 Si verba, Puto, aio, refero, & alia eiuſdem ſignificationis,infinitum præcedât,durior efficitur oratio;ut,tutum putauit iam bonus eſſe ſocer; orator diceret, ſe bonum eſſe ſocerum.

4 Si accuſatiuus anteceſſit,ſequatur oportet; ut, cupio me eſſe dementem.

Appendices III. generis.

1 Infinitum, eſſe, antecedente verbo, licet, dandi, vel accuſandi caſum poſt ſe poſtulat; ut,mihi licet eſſe otioſo; cur his per te non liceat eſſe liberos?

2 Infinitum, eſſe, cum cæteris verbis, quæ datiuo gaudent, fere accuſatiuum habet; ut, expedit bonas eſſe vobis: Quint. tamen dixit, cui eſſe diſerto vacet.

Secundus ordo, Genitiuus poſt verbum.

Huc ptinent verba,	Sum,cum poſſeſſionem ſignificat,	Me totumPōpeij eſſe ſcis.
	Satago,memini,	Satago rerum mearum.
	Egeo,indigeo; ut,	Bellum indiget celeritatis.

Appendices I. generis.

Memini pro	Recordor, & genitiuum& accuſatiuum petit:
	Mentionem facio, cum genitiuo & ablatiuo cū prępoſitione, de; ut, de quibus multi meminerunt.

Tertius

Tertius ordo, Datiuus post verbum.

Huc pertinent verba, quę fere auxilium, cõmodum, incõmodũ, fauorem, & studium significant.	Auxiliandi, succurro, subuenio. Commodandi, commodo, consulo, prouideo, incommodo, doleo. Fauendi, faueo, studeo. Studendi, studeo, vaco, incumbo. Obsequendi, inseruio, indulgeo. Obediendi, obedio, obtempero. Submittendi, seruio, cedo. Repugnandi, obsto, repugno. Sum, pro habere, & composita ex verbo, sum; ut, obsum, prosum, adsum. Multa composita ex verbis neutris & præpositionibus ad, con, in, inter, ob, præ, sub.

Appendices I. generis.

1 Huc etiam referuntur Beneuolo, dico, cupio, facio, benignefacio. Maledico, volo, facio: Metuo tibi: ausculto pro obedio: Caueo, consulo, pro prospicio: cedo, pro do, detraho, despero: Interdico. i. oppono me: & pro repugno: prospicio. i. consulo: recipio. i. promitto: nubo, sufficio. i. par sum: tempero, pro abstineo, &c.

2 Sum, modo unum datiuum, modo duos habet; ut, est mihi magnæ molestiæ; ei melius est.

3 Incumbo, cum ad studium refertur, accusatiuum cum præpositione, in, ad, postulat; ut, incumbe in id studium, ad laudem, &c.

4 Consulere alicui, est prospicere, non consilium dare: consulere aliquem, est consilium ab eo petere.

Appendices II. generis.

1 Antecedo, anteeo, antesto, Anteuerto, attendo, præsto, Præcurro, præeo, } Dandi, vel accusandi casũ admittũt; ut, prę stat ceteris, & ceteros.

2 Interdico, præter datiuum, habet ablatiuum; ut, omni Gallia Romanis interdixit. Item accusatiuum; ut, interdixit mulieribus usum purpuræ.

3 Quædam, præter datiuum, etiam accusatiuum admittunt; ut, metuo tibi calamitatem; metuebat sibi periculum ab inimico; inuideo tibi laudem.

Appendices III. generis.

1 Vaco, raro vtendum, pro, operam do, cum vacuum esse, apud bonos auctores significet; & ponitur cum ablatiuo; ut, uacare officio.

2 Despero, cum accusatiuo iungitur, & cum datiuo; ut, despero fugam, desperas, diffidis rebus.

Allatro, præcedo, anteuenio, deficio frequentissime cum accusatiuo, raro cum datiuo. Insulto, contra, rarius cum accusatiuo. Nubo, & datiuo, & ablatiuo, addita prę positione, cum; ut, quo cum esset nupta.

3 Sunt alia fere poetica, quæ cum datiuo ponuntur; ut sunt, Aduigilo, bello, certo, pugno, concurro, lateo, occumbo, &c.

Quartus ordo, Accusatiuus post verbum.

Huc pertinent:
- Verba, quæ ad res mutas pertinent, scilicet verba excolēdi terram, & verba tractandi ligna, & parandi cibos; vt, { Aro, fero, plāto. Rigo, infero. Dolo, seco. Lixo, asso, &c. }
- Verba, quibus res verbi, i. casus a verbo deductus additur; ut, uiuo, pugno, curro, seruio.
- Comedendi, bibendi, & obstrependi. Item, { Exhalo, calleo, Doleo, męreo, Sudo, stupeo, Odi, cœpi, memini, &c. }
- Et quæ non possunt habere accusatiuū personæ, uel rei animatæ.

Quinctus ordo, Ablatiuus post verbum.

Huc pertinent hæc verba:
- Sum, cum laudem, & vituperationem significat; vt, sum forti animo.
- Quæ affectionem animi & corporis significant; vt, gaudeo, doleo, mœreo, &c.
- Verba copiæ & inopiæ, egeo, vaco, redundo, scateo.
- Verba, fluendi, mano, fluo: sanguine fluxit.
- Item, viuo, possum, consto, sto, pro obtempero; ut, eius opinione standum est.
- Supersedeo, negocio, laborat re frumētaria.

Appendices I. generis.

1 Sum, interdum genitiuum habet, cum laus & vitu-

peratio significatur; ut, est homo nullius animi, nullius consilij.

2 Egeo, indigeo, etiam dandi casum admittunt, ut supra diximus.

Appendices II. generis.

1 Neutra sæpe admittunt ablatiuum significantem partem; ut, tota mente, & artubus contremisco.

2 Hoc genere loquendi sæpius vtuntur Poetę; qui ablatiuũ etiam in accusatiuũ mutant; ut, tremis ossa pauore.

Appendices III. generis.

1 In verbo, sum, quæ ablatiuo efferuntur, non semper genitiuo, efferri possunt; ut sunt hæc, { Animo bono, uirili, uacuo, præsenti, esse: mira sum allacritate.

Alia contra, potius genitiuo, quam ablatiuo efferuntur; vt, { Nullius consilij sum. Homo minimi cibi erat.

2 Consto, & laboro, frequentissime præpositionem, ex, admittunt; vt, { Constamus ex animo & corpore. Laborare ex desiderio ex renibus, inuidia.

3 Pendere animis, numero multitudinis dixit Cic. cum singulari utimur; genitiuo locus est; ut, animi pendere.

Sextus ordo, Ablatiuus cum præpositione.

Huc pertinent neutra, quæ passionem significãt: { Vapulo; ut, ab eo, vapulauit. Veneo; ut, ab hoste venire. Fio; ut, tanti a te fio.

Appendices I. generis.

1 Fio, cum ablatiuo sine præpositione, sed alia significatione, eleganter iungitur; ut, Nunc primum audio, quid illo factum sit: quid me fiet.

2 Participium, Futurus, eodem sensu, eundem casum postulat; vt, Quid me futurum censes?

3 Iunguntur etiam cum datiuo; ut, Vide quid tibi futurum sit: Quid mihi fiet postea?

Appendix II. generis.

Prætermisimus, Exulo, & liceo, quod non legantur cum ablatiuo personæ agentis.

Verbũ, Facio, a doctis usurpatur eo modo, quo, Fio; ut, Quid hoc homine faciatis? Quid tu huic homini facias?

De constructione verbi Communis.

Verbum commune est, quod in, or, tantum finitum, actiui & passiui significationem habet.

Sed pauca reperiuntur hodie verba, quæ præsenti tempore & præterito imperfecto in vtranque partem dicantur.

Participia præteriti temporis, & verba quæ inde nascuntur, vsitatiora sunt.

Passiua significatione, passiuorum more sextum casum requirunt: actiua fere actiuorum leges sequuntur.

Huc pertinent hæc verba, { Aggredior, depopulor, experior, Dimetior, hortor, aspernor, Meditor, dignor.

Tirones, maxime præsenti tempore, & imperfecto, a verbis communibus significatione passiua, abstineant: participijs utantur, quibus classici auctores usi sunt.

De constructione verbi Deponentis.

Verbum deponens est, quod in, or, tantum finitum, actiui, uel neutri significationem habet; ut, sequor, utor.

Primus ordo, Genitiuus post verbum.

Huc pertinent verba memoriæ: { Recordor, obliuiscor, reminiscor: & Misereor, & potior.

Appendix I. generis.

Recordor, reminiscor, obliuiscor etiam accusatiuum postulat; ut, omnia obliuiscor.

Appendix II. generis.

Misereor, interdũ dãdi casum; ut, misereor huic puellę.

Secundus ordo, Datiuus post verbum.

Huc pertinent verba, { Adulãdi, adulor, assentor, lenocinor, adstipulor. Seruiendi & obloquendi, Famulor, morigeror, ancillor, gratificor, refragor. Auxiliandi, patrocinor, medicor, opitulor. Promittendi, assentiendi, & fatendi: assentior, confiteor, testificor, reluctor, obuersor. Et omnia, quæ pertinent ad tertium ordinem neutrorum.

Appendices II. generis.

1 Præstolor, adulor, medicor, etiam accusatiuo iunguntur; ut, ego istum medicabor metum.

2 Indignor, cũ actõ rei iungitur; ut, Indignãtur imperia.

Appendix III. generis.

Multi, verbo dominor, dandi casum tribuunt, sed in locis, quæ afferuntur, casus non est proprius, sed communis: vnde melius utemur ablatiuo, & accusatiuo, cum præpositione in; ut, dominatur in ciuitate, in suos.

Tertius ordo, Accusatiuus post uerbum.

Huc p tinent verba,
- Sequendi, & persequendi: sequor, insequor.
- Assequendi & lucrãdi, { Adipiscor, nanciscor, Lucror, mutuor, furor.
- Opinandi, Meditandi, { Reor, auguror, vaticinor, scrutor.
- Loquendi, { Loquor, inficior, lamentor.
- Interrogãdi & precandi. { Sciscitor, percontor, precor.

Quartus ordo, Accusatiuus cum datiuo.

Huc p tinent verba,
- Promittendi, polliceor.
- Dandi, largior.
- Minandi, minor, minitor.
- Metiendi, metior, remetior.
- Assentiendi, gratificandi, &
- Fruor, quod etiam ablatiuũm cum præpositione a, & ab, recipit.

Quinctus ordo, Accusatiuus cum ablatiuo.

Huc pertinent,
- Dignor, muneror, remuneror,
- Prosequor, ut refertur ad animi affectionem; ut, prosequor te amore, beneuolentia, &c.

Sextus ordo, Ablatiuus cum præpositione a, uel ab, præter Accusatiuum.

Huc p tinent, { Percontor, sciscitor, Scitor, mercor, deprecor. } { Quæ ponuntur etiã cũ præpositione, ex.

Septimus ordo, Ablatiuus post uerbum.

Huc p tinent verba,
- Vtendi, vtor, fungor, defungor, abutor,
- Fruendi, fruor, vescor,
- Lætandi, oblectandi, Delector, oblector,
- Glorior, & potior.

Appen-

Appendix I. generis.

Potior admittit etiam genitiuum, ut supra est dictum; ut, potitur rerum.

Appendices II. generis.

1 Glorior, nitor, admittunt interdum præpositionē; ut, in eius vita nititur salus ciuitatis.

2 Periclitor, cum ad periculum refertur, ablatiuum etiā postulat; ut, periclitatur capite Sosades noster. Cum experiri significat, accusatiuū petit; ut, periclitor omnia.

Appendices III. generis.

1 Potior, vescor, fungor, non raro accusatiuo adhærent; ut, pacem potimur.

2 Vtor, apud priscos, cum accusatiuo legitur.

3 Abutor etiā cum accusatiuo apud comicos; ut, abuti operam, &c.

De constructione verbi Impersonalis.

Verbum impersonale est, quod prima, & secunda persona utriusque numeri, & tertia multitudinis fere priuatur: unde nomen traduxit.

Primus ordo impersonalium.

Quædam impersonalia absolute ponuntur; ut sunt verba, quæ significant opera naturæ: { Fulget, tonat, Ningit, fulgurat, Grandinat, pluit.

Appendices I. generis.

1 His interdum nominatiuus additur; vt, Pericles dictus est fulgurare, tonare.

2 Pluit, accusatiuum, aut ablatiuum non respuit; vt, pluit sanguinem, & lapidibus.

Secundus ordo impersonalium.

Quædā ante se nominatiuū, vel aliquam partem orationis, & maxime infinitum postulāt, & post se genitiuum; ut sunt, { Est, erat, Interest, Refert; ut, { Interest, omniū recte facere.

Appendices I. generis:

1 Interest, & refert habent hos ablatiuos, mea, tua, sua, nostra, & vestra; ut, mea, & tua interest te valere.

2 Cuia, vel cuius interest dicitur; ut, cuius interest istam legem manere?

3 Verbum, eſt, pro ablatiuis, mea, &c. habet meum, tuum, ſuum, noſtrum, & veſtrum; vt, meum eſſe puto.

Appendix II. generis.

Magnum, paruum, tantum, quantum iunguntur in genitiuo cum verbis intereſt, & refert; vt, magni intereſt; cetera eiuſmodi per aduerbium; vt, multum, plurimum, maxime, refert, nihil intereſt.

Appendices III. generis.

1 Intereſt, loco genitiui, recipere poteſt accuſatiuum cum præpoſitione, ad; ut, non multum ad noſtram laudem intereſt.

2 Quantum, pro quanti, apud Ciceronem inuenies; ut, quantum intereſſet. e tantum, intereſt apud Plin.

Tertius ordo, Datiuus poſt Imperſonale.

Quædã imperſonalia, ante ſe nominatiuũ, uel orationis partem, & maxime infinitũ: poſtulant, poſt ſe datiuũ; vt ſunt Verba,
- Quæ euentum ſignificant; ut, — Accidit, cadit, contingit, obuenit, incidit.
- Quæ ſucceſſum; ut, — Cedit, beneuertit, ſucceſſit, maleuertit.
- Licet, liquet, libet, expedit, placet, reſtat, vacat, confert, &c.

Appendices III. generis.

1 Inceſſit, dandi, vel accuſandi caſum admittit; vt; grauior cura inceſſit patribus: ſed frequentius cum accuſatiuo, legitur; ut, timor inceſſit Liuium.

2 Accidit, contingit, euenit, uſu venit, & ſimilia, fere infinitum reſpuunt: coniunctiuo modo, & coniunctione; ut, gaudent; ut, ſi ei contigiſſet, ut te ante videret.

Quartus ordo, Accuſatiuus poſt Imperſonale.

Quædã verba imperſonalia ante ſe nominatiuum, vel aliquam partem orationis, præſertim infinitum loco nominatiui, petunt: Vt ſunt, Decet, Dedecet, Iuuat, Delectat.

Appendix I. generis.

Verbum oportet, non eſt huius ordinis, cum ſit verbum abſolutum; quod modo habet nominatiuum aperte; vt, hæc facta ab illo oportebant: modo membrum orationis loco nominatiui; ut, Irritari Antonium non oportebat.

Quinctus

Quinctus ordo, Accusatiuus cum præpositione post Impersonale.

Quædã ante se nominatiuũ, vel aliquã orationis partẽ, pſertim infinitũ, loco nõiatiui, post se accusatiuũ cũ ppositiõe, ad: Vt sunt, Attinet; ut, ad me nihil attinet. Pertinet ad rem. Spectat; ut, ad te spectat.

Sextus ordo, Genitiuus ante Impersonale.

Quędam ante se fere genitiuum, vel infinitũ loco nominatiui, post se accusatiuum petunt; vt sunt, Miseret, miserescit, Piget, pudet, Pœnitet, tædet.

Appendices III. generis.

1 Hæc verba videntur olim fuisse deponentia: vnde adhuc illa restant: misertum, pigitum, puditum, pertæsum est.

2 Aliquando verbo, vereor, impersonaliter auctores vsi sunt; ut, si tui vereretur progenitoris: quos non est veritum, &c.

3 In his verbis, vt aliqui uolunt, latet nominatiuus; vt, pudet me tui. i. pudor me habet tui: sed potius figurate habent genitiuum loco nominatiui. Recta constructio est, hæc conditio non me pœnitet: figurate, pœnitet me huius conditionis. Sicuti figurate Cic. dixit, Venit mihi Platonis in mentem, pro, Plato.

Verbum impersonale passiuum.

Verba impersonalia passiuæ uocis, sunt verba passiua, quæ tertia persona contenta sunt.

Efficiuntur a neutris quarti ordinis, & ab actiuis, cum absolute efferuntur; ut, aratur, ab aro, pugnatur, a pugno; amatur, ab amo; ut, nescio quid turbatum est domi.

Hæc ante se nominatiuum habent, qui sæpe reticetur; post se ablatiuum cum præpositione a, vel ab, vel eius loco datiuum, qui etiam sæpe tacetur; vt, tota mihi dormitur hiems: mihi nec seritur, nec metitur: reclamatum est a senatu: quid agitur? statur hic ad hunc modum:

COMPENDIOLVM
DE CONSTRVCTIONE
communi omnium verborum.

Genitiuus communis, Status in loco.

Nomina propria { Pagorum, Castellorum, & Vrbium, { Si interrogatio fiat p aduerbium vbi, si sint { Primæ, vel secũdæ declinationis, numeri singularis, ponuntur in genitiuo; ut, sum Romæ: Si uero Tertiæ, vel pluralis numeri, in ablatiuo; ut, Fui Venetijs, Carthagine.

Propria sequuntur appellatiua quattuor. { Humi, belli, militiæ, domi; ut, humi putrescere, domi esse.

Nomina { Insularum, regionum, Prouinciarum, ceterorum deniq; locorũ, { Ablatiuum cum præpositione, in, fere desiderãt; vt, in Italia relinquam.

Appendix I. generis.

Datiuo, Ruri, vel ablatiuo, rure, utimur, cum huius est loci; ut, rure sepeliri iussit.

Appendices II. generis.

1 Genitiuus, Domi, admittit adiectiua, meę, tuæ, suæ, nostræ, vestræ, alienæ; ut, domi suæ esse sine periculo.

Cum alijs adiectiuis in ablatiuo, cum præpositione, in; ut, in vidua domo.

Idem interdum fit cum illis pronominibus; vt, ille in domo mea sæpe conualuit.

Cum substantiuis utroque modo copulatur; ut, Domi Cęsaris, & in domo Cæsaris.

2 Nomina tertiæ declinationis, non efferuntur datiuo, ut aliqui volunt. Vnde apud Cic. Tiburi, est sextus casus: Nam olim dicebant Tibure, & Tiburi.

Appendix III. generis.

Non est dicendum, Marcellus natus est Romæ nobilis vrbis, sed nobili vrbe: & interposita præpositione, in; ut, Neapoli, in celeberrimo oppido.

Motus

Motus ad locum.

Si p̃ aduerbium, Quo, fiat interrogatio, { Accusandi casu efferũtur, cuiuscunq; sint declinationis & numeri; ut, quo iuisti? Romam, Carthaginem, domum. Sed nomina, insularum, regionum, &c. accusatiuum cum præpositione, in, fere desiderant; ut, venisse in Africam, &c. }

Motus de loco, & per locum.

Si per, Vnde, vel Qua, fiat interrogatio, utimur ablatiuo; ut, { Vnde redis? Roma, Carthagine, Athenis, domo, rure, &c. Qua transis? Roma, Brundusio, &c. Sed nomina insularũ, &c. recipiunt pręposítionẽ, ex, cũ interrogatio fit, per unde; vt, ex Gallia: si per, qua, p̃positionẽ, per. }

Appendices III. generis.

1 Propria sæpe præpositionem recipiunt, maxime si quæstio fiat per vnde, vel quo; ut a Brundusio nulla fama: profectus est ad Capuam: sed tum, Ad, fere proximitatem significat.

Qua significatione, in motu ad locum, hanc fere præpositionem adhibemus: ad mę, ad te, ad flumen profectus est.

2 Proprijs maiorum locorum interdum demitur præpositio, pręcipue a Poetis, & Historicis; ut, Italiam ibitis, Aegypto remeans, Cypri uisus.

3 Certa nomina propria regionum, aut uiarum, itemq; appellatiua sine præpositione eleganter efferuntur: quæ alias cum, per, & accusatiuo essent efferenda; ut, { Tota Asia vagabatur. Aestuosa uia iter conficiebamus. Tota vrbe, foro vagatur, terra, marique insidię factæ sunt. }

Datiuus communis.

Quoduis verbũ admittit datiuum eius personæ in cuius { Gratiam, Commodũ, vel Incommodum aliquid fit; vt, } { Tibi seris, aras, metis. Nobis eos cõserua. Magno illi stetit. }

Accu-

Accusatiuus, vel ablatiuus communis temporis.

Tempus, si interrogatio fiat per quã diu, effertur { Accusatiuo, vel Ablatiuo; ut, { Regnauit septẽ annos, & septem annis.

Si uero fiat per, quando, ablatiuo utimur; ut, quando datum est tibi negocium? anno superiore.

Appendix I. generis.

Ablatiuus interdum, intra, significat; vt, paucis diebus, biduo, triduo, id est, intra paucos dies, & intra biduum.

Accusatiuus, vel ablatiuus communis spatij.

Cuiuis verbo apponi potest accusatiuus, qui distantiam loci significat; vt, { Cubitum processit. A te pedem discessit. Abest mille passus.

Interdum ablatiuo scriptores vtuntur; ut, quattuor & viginti millibus passuum abest.

Appendix III. generis.

Cum dicimus, abesse bidui, tridui, quatridui, iter, aut uia intelligitur: aberam bidui, iter unius diei, cum bidui viam processisset.

Ablatiuus absolutus.

Quibuslibet verbis addi potest ablatiuus absolute positus; ut, quod auctore te velle cœpi, adiutore assequar.

Appendix I. generis.

Aliquando absolute ponitur participium præteriti tẽporis sine nomine; ut, progressus est, nondum comperto, quam regionem hostis petisset.

Ablatiuus instrumenti, &c.

Quæuis verba ablatiuum admittunt significantem, { Instrumẽtũ; vt, hisce oculis uidi, Causam propter quam; vt, vestra culpa acciderunt. Modum, quo aliquid fit; vt, summa celeritate confecit.

Appendices I. generis.

1. Modus actionis præpositionem, cum, interdum desiderat;

derat; vt, Ira procul absit, cum qua nil recte fit.

2 Ad causam propter quam, hæc pertinent, & similia: ardere iracundia, dolore, studio, desiderio rei alicuius.

3 Hæc etiam fortasse, lætor, gaudeo, delector, tristor, de quibus supra.

Modum actionis cognoscimus interrogatione, quomodo; ut, quomodo tulit iniuriam? æquo animo.

Appendix II. generis.

Adhibetur etiam præpositio, cum, quæ comes dicitur; ut, cum magno metu dicere incipio: cũ febri domum redijt.

Ablatiuus excessus.

Cuiuis verbo adiungi potest ablatiuus rei, qua excessus significatur; ut,
- Omnes sale, & facetijs superabat.
- Omnes anteit, sapientia.
- Omnes gloria anteibat.

Ablatiuus pretij.

Quælibet verba admittunt ablatiuum significantem pretium; ut,
- Tritici modius tribus denarijs æstimatur.
- Plurimo vẽdere, minimo se redimere.
- Vix drachmis obsonatus est decem.
- Multis vulneribus victoria stetit.
- Piscinę ędificant magno; paruo viuere.

His tamen genitiuis exceptis, tanti, quanti, pluris, minoris, &c. ut supra est dictum.

Appendix III. generis.

Verbum, valeo, ablatiuum, vel accusatiuum amat; ut, denos, & denis denarijs ualet.

De casibus, qui sunt communes omnium verborum beneficio præpositionum, infra dicetur, cum agetur de præpositionibus.

Constructio verbi infiniti.

Verba infinita eosdem post se casus postulant, quos finita; ut,
- Malo te valentem, quam imbecillum uidere.
- Te a Cæsare diligi immortaliter gaudeo.

Appen-

Appendix I.

Præteritum perfectum passiuum; & plusquam perfectum, ex infinito, esse, vel fuisse, & participio præteriti temporis, suppletur, mutatis numeris, & personis, pro re, de qua agitur; ut, Clodium meo consilio interfectum esse dixisti: iniuriam factam fuisse, &c.

Verbum interdum omittitur; ut, negant intueri lucem fas esse ei, qui hominem a se occisum fateatur.

Appendix II. Futurum infinitum actiuum.

Fore, futurum infinitum, tantum in usu est; iungiturq; cum omnibus generibus, & vtroque numero; ut, gratiosum fore, nihil fore, uagos nos fore, &c.

Cetera, quibus prisci utebantur, iam exoleuerunt, pro quibus infinito esse, vel fuisse, prout oratio postulat, & participio in rus, utimur; ut, eum futurum esse puto, qui esse debet: virtutis fructum esse laturos. Sed infinitum, esse, sæpe desideratur; ut, venturus dicitur: se ueniam daturum.

Appendix III. Futurum infinitum passiuum.

Futurum passiuum, ex infinito, iri, & voce simili supino in um, constat, ut amatum iri, & omnibus generibus, & utrique numero attribuitur; ut, { Affirmat se occisum iri ab eo. Brutum visum iri a me puto. Parricidij damnatũ iri.

Appendix IIII. Ratio supplendi futurum infinitum, maxime cum verba supinis carent.

Fore vt, Futurũ ut, eleganter futurum infinitum, tam agendi, quam patiendi modi supplent, iuncta verbis { Spero, Puto, Affirmo, Suspicor, & similibus; ut, { Spero fore vt contingat. Putaui fore ut ad te uenirem. Nunquam putaui futurum.

Hac circuitione subuenitur verbis, quæ supinis carent; vt, Affirmo fore, vt edifices, vt studeas, &c.

Appendix V. Circuitio ex præterito & futuro mista.

Circuitio ex præterito, & futuro mista, ornat orationem; ut, existimabant plerique futurum fuisse, vt oppidum amitteretur.

Quæ

Quæ necessaria est, cum verba supinis destituuntur; vt, existimabant omnes futurum fuisse, ut literas disceret.

Infinita cum quibus verbis copulentur.

Infinita addũtur uerbis, { Cœpi, soleo, debeo, Cupio, & alijs quib. voluntas explicatur; ut, { Qui mentiri solet, peierare cõsueuit. Cupimus te uidere.

Appendix.

Amphibolia accusatiui geminatione facta, soluitur ablatiuo; ut, Audiui Milonem occidisse Clodium: muta, a Milone audiui occisum esse Clodium.

Gerundia.

Gerundia, quæ passionem non significant, casus suorum verborum admittunt; ut, { Tempus obliuiscendi iniuriarum, Ignoscendi inimicis, Abstinendi maledictis.

Gerũdia in Di: gerundijs in di, addũtur substantiua, { Tempus, caussa, studium, finis, & cetera eiusdem generis; vt, studium videndi.

Interdum nonnulla adiectiua; ut, { Peritus, cupidus, audiendi; Insuetus, & ignarus dicendi.

Appendix.

Interdum genitiuum multitudinis pro accusatiuo admittunt; ut, nominandi tibi istorum erit magis, quam adeundi copia.

In Dum: gerundijs, in dũ, præponuntur prępositiones, { Ad; ut, aptus ad exequendum. Ob, Pecunia ob absoluendum accepta. Inter, inter spoliandum corpus. Etiã, ante, sed rarius: ante domandum.

In Do: gerundia in do, { Modo sine præpositione ponuntur; ut, plorando defessus sum. Modo cum præpositione, maxime, a, ab, de, in; ut, cogito de transeundo in Epirum: in scribendo impiger: ab inuidendo, inuidentia dicta. Nonnunquam, e, & ex, cum, pro; ut, pro uapulando mercedem petam: scribendi ratio coniuncta cum loquendo.

Gerundia passiua.

Gerundia, quæ passio nē significāt, nullū posse casum admittunt; ut,
- Memoria excolēdo augetur.
- Rubens ferrum non est habile tundendo.

Ratio variandi gerundia.

Gerundia quę accusatiuo gaudēt, fere elegantius more adiectiuorum efferūtur, hoc modo:
- Studiosus reip. defendendæ ciuium seruandorum.
- Inflammandi tui causa.
- Ad defendendam remp.
- Desiderium litteris mittendis.

Ita ut gerūdij casus maneat, seruato genere & numero.

Participale verbum in Dum, accedēte uerbo substantiuo, datiuum postulat, omnibus verbis cōem; ut,
- Hic uobis viuendum, aut moriendum est.
- Pręter datiuum communem et casum sui uerbi admittit; vt, tuo tibi iudicio est utendum.

Appendix.

Si casus verbi fuerit accusatiuus, mutatur verbum participale in passiuum, hoc modo: Petendum est tibi pacem, petenda est tibi pax.

Prisci etiam actiuo vsi sunt, cum accusatiuo; ut, petendum pacem, timendum pœnas.

Supina.

Supina in, um,
- Amant verba, quæ motum adsignificant; ut, percunctatum ibo.
- Ante se nullum, post se suorum verborum casum habent; ut, nutricem accersitum ijt.

Supina, in, u.
- Fere passiuæ sunt significationis:
- Sine casu ponuntur:
- Hærentq; nominibus adiectiuis; ut,
  - Optimum factu.
  - Visu fœdum.

Participia.

Participia eosdem casus habent, quos uerba a quibus proficiscuntur; vt,
- Victoriam reportaturus.
- Præda potiturus.

Appen-

Appendix I.

Participia passiua præteriti, & futuri temporis, maxime cum fiunt nomina, etiam datiuo gaudent; ut, amicitia nota posteritati: mihi exorandus est.

Appendix II.

Exosus, perosus, pertæsus, accusatiuum petunt; ut, pertæsus ignauiam: patrios exosus mores.

Participia facta nomina.

Participia in ans, ens, genitiuo gaudent, cum fiunt nomina; ut, { Fugitans litium. Amantes patriæ. Patiens inædiæ.

Nonnulla etiam præteriti temporis; ut, consultus, doctus iuris, seruitutis expertus.

Appendix I.

Participia præsentis, præteritiq; temporis, cũ nominum naturam induunt, eorum more cõparantur; ut, { Amantiorem tui. Amantissimus tui. Nihil rege egentius. Mortalium profligatissime.

Appendix II.

Participijs futuri tẽporis, addito verbo substãtiuo, eleganter utimur, pro debere, uel oportere; ut, { Sum expectaturus fratrẽ. Habẽda mihi oratio erat. Orandus erat mihi amicus.

DE CONSTRVCTIONE nominis.

Genitiuus post nomen substantiuum.

Quando duo substãtiua diuersarũ rerũ in oratione continuantur, alterũ erit casus genitiui; ut, { Pœna peccati. Desiderium urbis. Ornamentũ amicitię.

Appendix

Adiectiua cum substantiue ponũtur, more substantiuorum construuntur; ut, { Tantum cibi. Quod auri. Quodcunq; militũ, &c.

Geni-

Genitiuus, vel ablatiuus post nomen substantiuum.

Substantiua, quæ ad laudem, vel vituperationem referuntur, genitiuo, vel ablatiuo gaudent; ut, { Vir præstanti prudentia. Vir maximi animi.

Genitiuus post nomen substantiuum.

Adiectiua, quæ significant { Scientiam, Communionem, copiã, & his cõtraria, gtõ gaudent; vt, { Doctus, ignarus legum. Particeps omnium. Inania verborum.

Quædam terminata in { Ax, tenax recti. Ius, conscius culpæ. Idus, auidus virtutis. Osus, studiosus literarum. } His adde, { Memor, beneficij. Immemor, iniuriæ. Securus, rumorum.

Partitiua, & omnia adiectiua partitiue posita, genitiuo multitudinis gaudent; ut, { Belluarum nulla prudentior. Vterque nostrum. Multæ istarum arborum. Pauci amicorum.

Nomina numeralia; ut, primus uestrum: octoginta Macedonum, singuli uestrum.

Superlatiua.

Si multa eiusdem generis comparentur, utẽdum est superlatiuo cum genitiuo plurali; ut, Theophrastus elegantissimus omnium philosophorum, Demosthenes summus oratorum Græciæ.

Appendix I.

Partitiua, & superlatiua iunguntur etiam genitiuo singulari, qui multitudinem significet; ut, { Vir totius Græciæ doctissimus. Quisquam Clodiæ gentis.

Appendix II.

Superlatiua & partitiua, quæ cum suis substantiuis casu cohærẽt, & genere & numero cõsentiunt; ut, Indus omnium

nium fluminũ maximus: hordeum frugũ nobiliſſimum.

Quod ſi nullũ ſit ſubſtantiuũ, cum genitiuo genere cõſentiunt; ut, ſummi Gabinorũ, ouorum alia ſunt candida.

Appendix III.

Genitiuus ſuperlatiui, & par titiui in ablatiuum, cum E, uel Ex, uel De, mutari poteſt; ut,	Ex omnibus natu maximus. Ne quẽ ex meis viderẽ.

Genitiuus ſuperlatiui interdum mutatur in accuſatiuum, cum præpoſitione, inter, uel ante; ut, honeſtiſſimus inter ſuos, Creſſus inter reges opulentiſſimus.

Appendix IIII.

Superlatiua præter proprium caſum, admittunt caſum ſuæ poſitionis; ut, iuris ciuilis omnium peritiſſimus.

Admittunt & genitiuum partitionis, more nominum, unde formantur; ut, plurimi piſcium.

Genitiuus, vel datiuus poſt nomen.

Nomina quæ ſignificant	Similitudinẽ, Diſſimilitudinem: Item, cõis, & Proprius; ut,	Domini, & patri ſimilis.. Diſſimilis ſui, &c. Senectuti, Cæſari } proprium. Commune viuis.

Datiuus poſt nomen.

Nomina quibus ſignificatur	Commodum; ut, ſalutaris reip. Voluptas, Iucundus mihi. Fauor, Propitius illi. Aequalitas, Par, impar oneri. Fidelitas, Fidus, infidus imperio. Et his contraria,

Item uerbalia, in Bilis; ut,	Optabilis, Formidabilis, Amabilis, oĩbus, &c.	Prætera,	Conſcius, conſentaneus, Obuius, peruius, obnoxius, Et quę ex prępoſitione, cõ, componuntur; ut, confinis, conterminus.

Datiuus, vel accuſatiuus cum præpoſitione, ad, poſt nomen.

Accommodatus, appoſitus, aptus, idoneus,

 Habilis,

Habilis, natus, utilis, inutilis, huic rei, uel ad hanc rem.

Accusatiuus, uel ablatiuus post nomen.

Adiectiua, quibus generalis dimensio significatur, accusatiuum, uel ablatiuũ casum postulant, qui certam mensuram significet; ut, { Fossa sex cubitis alta. Ager lõgus pedes mille, &c. }

Ablatiuus post nomen.

Extorris, nudus, dignus, contentus, inanis,
Atque refertus, inops, locuples, alienus, onustus,
Immunis, plenus, cassus, diuesque, potensque,
Tum fretus, uacuus, tum captus, prȩditus, orbus,
Indignus, liber, uiduus, sibi iure latinum
Assumunt casum; ut, summo uir dignus honore.

Opus, nomen adiectiuum, { Antecedente verbo substantiuo ablatiuum postulat; ut, gratia opus est nobis, & tua auctoritate. Sæpe cum substantiuis more adiectiuorum consentit, licet non declinetur; ut, dux nobis opus est: omnia quæ essent opus. }

Ablatiuus cum præpositione a, vel ab.

Adiectiua diuersitatis, & Numeralia ordinis, ablatiuũ cum prȩpositione petunt; ut, { Diuersus ab illo. Alienus a labore. Secundus a Rege. }

Item hæc, { Securus, liber, Vacuus, purus, Nudus, inops, Orbus, extorris. } vt, { Liber, vacuus ab omni sumptu. Inops ab amicis. Resp. nuda a magistratibus. }

Comparatiua.

Comparatiuo utimur cum ablatiuo, quando comparantur, uel { Plura diuersi generis; ut, maiora sunt præmijs pericula. Vel cum duo eiusdem, aut diuersi generis conferuntur; ut, virtus præstantior auro. }

Appendix I.

Ablatiuus comparatiui intercedente coniunctione, quam, mutari potest in casum verbo congruentem. Vt, tu innocentior quam Metellus? Neminem meliorem, quam se, arbitratur.

Appendix II.

Comparatiua cum partitionem significant, genitiuum desiderant, ut, Iuniores patrum: maior iuuenum.

Auctores tamen sæpius ablatiuo cum præpositione, e, uel, ex; ut, Minor ex duobus liberis.

Appendix III.

Præter suum casum admittunt ablatiuum significantem excessum; vt, Hercules procerior te cubito.

Item casum positionis; ut, nemo mihi iucundior.

Et hos ablatiuos, opinione, spe, æquo, iusto, solito, dicto; ut, solito maior.

Ablatiuus significans laudem, &c.

Pleraque adiectiua ablatiuũ postulant significantem,
- Laudem; ut, genere insignis: homo, loco, ordine, nomine ornatissimus.
- Vituperationem; vt, uoce absoni, vultu agrestes.
- Partem; vt, pedibus æger.

Appendix.

Ablatiuum partis frequenter Poetæ in accusatiuum mutant; ut, os humerosq; Deo similis: cetera lætus.

Item Historici, sed rarius; ut, Sarmatæ totum braccati corpus, & nisi qua uident, ora etiam vestiti.

CONSTRVCTIO pronominis.

Genitiuus post demonstratiua pronomina.

Pronomina demonstratiua, cum substantiue ponuntur, genitiuum admittunt; ut,
- Hoc literarum.
- Id temporis.
- Eodem loci.

Appendix.

Pronomen, Idem, apud Poetas cũ datiuo reperitur; ut, idem facit occidenti. At Oratores ita loquuntur,
- Peripatetici ijdem erant, qui Academici.
- Numeri Oratorij ijdem qui Poetici.
- Dianam & Lunam eãdem esse putant.

Genitiuus post possesiua.

Possessiua { Meus, Tuus, Suus, Noster, & Vester, } Posita loco { Mis, Tis, Sis, Nostrũ, Vestrũ, } genitiuũ postulant; vt, { Tuum studiũ adolescentis uidi. Tuum hominis simplicis pectus uidi. Mea scripta timentis.

Genitiui, mei, tui, sui, nostri, & vestri.

Verba, Participia, Noĩa adiectiua, { quę genitiuũ postulant, gaudent genitiuis { Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri; } vt {
- Indigebunt tui.
- Obseruantẽ sui.
- Memorẽ uestri.
- Similem mei.

Exceptio Prima.

Interest tamen, & refert, sibi uendicant ablatiuos, { Mea, tua, sua, nostra, & vestra.

Quibus ablatiuis addi possunt genitiui, Vnius, solius, ipsius, & alij, qui possessiuis adduntur; vt,
- Mea unius interest.
- Tua solius refert.
- Nostra ipsorum.
- Tua administrantis remp.

Exceptio Secunda.

Numeralia, Partitiua, Cõparatiua, & superlatiua genitiuos, { Nostrũ, & Vestrum postulãt; ut, {
- Primus vestrum.
- Singuli vestrum.
- Maiores uestrum.
- Maximus natu vestrum.

Pronomina post substantiua.

Possessiua	Meus, Tuus, Suus, Noster,& Vester,	Cohærẽt cũ substãtiuis,	Genere, Numero, & Casu,	cum significatur,	Possessio; ut, ager tuus. Actio, laborvester.

Exceptio.

At si substantiua significent partem aliquã corporis, siue animi, cuiusmodi sunt,	Pars, Dimidiũ, Aliquid, Genitiuis primitiuorũ utemur;	vt,	Nullam partẽ mei amisi. Minimam partem mei. Tetigi ne tui quicquam?

Appendix.

Substantiua, quibus ambigua est significatio, an possessionẽ, actionemve significẽt, possessiuis adhærent.	Huiusmodi sũt,	Caritas, Amor, Memoria, Desideriũ, Cura, itẽq; cętera; vt,	Amor me⁹. Desiderium meũ. i. quo desidero.

Si passionem significent, genitiuos, mei, tui, &c. flagitant; ut,	Amor mei, idest quo amor. Cura mei. Desiderium mei.

Aliquando vtrunque coniungitur; ut, tua sui memoria delectatur.

Reciproca, sui, sibi, se.

Reciproco	Sui, Sibi, Se,	vtimur, cum tertia persona transit ĩ seipsam; ut,	Cęsar recordatur sui. Indulget sibi. Ipse sibi displicet.

Et accedente altero verbo; ut, Marcellus, te Cæsar, precatur, ut miserearis sui: se in tuam fidem recipias a me petijt, ut secum, & apud se essem.

Reciprocum suus.

Reciproco, suus, utimur cum tertia persona transit in rem suam; ut, Cicero recordatur Tironis liberti sui: defendit clientes suos.

Et accedente altero uerbo; ut, timet Pompeius ne a suis veteranis deseratur: rogat te Cæsar, ut suas partes sequaris.

Appendix.

Vtimur etiam reciproco, suus, cum res possessa in possessorem transit; ut, vlciscentur illum mores sui: Indulsit illi suus pater semper.

Præpositionum constructio.

Verba absoluta, & intransitiua præpositionum beneficio in casus transeunt; ut, cum in lecto Crassus esset: cum Antonius cum Cotta in porticu ambularet.

Transitiua, prĕter proprium casum etiam præpositiones cum suis casibus admittunt; vt, eos diligimus propter virtutem, quos nunquam vidimus.

Verba composita sæpe casum prępositionis habent; ut, adijt Magos, vrbem inuasit.

Et repetita præpositione; ut, adeunt ad Verrem, inuasit in Asiam Dolabella.

Hanc repetitionem amant multa verba composita ex præpositionibus, A, ab, ad, con, de, e, ex, in; ut, animum a me auertas, &c.

Casus præpositionum.

Præpositionũ, aliæ seruiunt { Accusatiuo, ad, apud, ante, aduersus, &c. Ablatiuo, ab, abs, absque, cum, coram, &c. Vtrique, pro uaria significatione. In, sub, super. }

Versus, suo casui postponitur; ut, Arpinum versus.

Tenus, etiam postponitur, & { Fere desiderat genitiuum, si nomen sit multitudinis; ut, lumborum tenus. Si singulare sit nomen, ablatiuo gaudet; ut, vmbilico tenus. }

A, consonantibus præponitur.

Ab, vocalibus, & nonnullis consonantibus; ut, N, S, & præcipue, L, R, I; ut, ab nullo, ab Senatu, ab Ioue.

Abs, T, & interdum, Q; ut, abs te, abs quibus.

In, petit accusatiuum, cum verbis motus; ut, in exilium proficiscere.

Item, cũ ponitur pro
- Erga; vt, pius in patriam.
- Contra; vt, crudelis in liberos.
- Ad; ut, pisciculos minutos ferò obolo in cœnam.
- Pro; ut, librum in horam commodaui.
- Per; ut, crescit in singulos dies.

Ablatiuum, cum quies, vel aliquid fieri in loco significatur; ut, sum in templo: & cum ponitur, pro inter; ut, amicitia in bonis est ponenda.

Sub, petit accusatiuum, pro
- Circiter, per, paullo, ante, & denique cũ tempus significat; ut, { Sub noctẽ. Sub idẽ tps.
- Itẽ, pro post; ut, sub eas literas.
- Et cum verbis motus; ut, sub scalas se coniecit: sub aspectum cadit.

Ablatiuum cum verbis quietis; ut, sub umbra consedimus: sub nomine pacis latet bellum.

Super, seruit accusatiuo cum est contraria prępositioni subter; ut, sedeo super saxum.

Maxime cum significatur motus; ut, tegula cecidit super caput.

Et cum significat inter; ut, super cœnam occisus est: &, præter; ut, super cetera: &, ultra; ut, super mille Imperatores.

Ablatiuo, cum pro de, ponitur; ut, super hac re: & cum verbo quietis, maxime apud Poetas; ut, requiescere fronde super uiridi.

Subter, ferme accusandi casum poscit, siue quies, siue motus significetur; ut, subter præcordia locauit.

Admonitiones.

1 Cum præpositio casu priuatur, in aduerbium migrat; ut, multis post annis: quæ extra sunt percipimus.

2 Prępositiones aliquando alijs præpositionibus præponuntur; ut, ibi esse uolo, usque ad pridie Kal. Nuntij venerunt ex ante diem Nonas, &c.

3 Vsque, tamen, fere alteram præpositionem desiderat; ut, uixit vsque ad summam senectutem; usque a Thalete enumerasti: nisi præponatur nominibus oppidorum.

CONSTRVCTIO aduerbij.

Nominatiuus poſt aduerbium.

En, Ecce,	Nominandi, ſeu accuſandi caſum admittunt; ut,	En crimen, en cauſſa. Ecce noua turba. Ecce miſerum hominem.

Genitiuus poſt aduerbium.

Aduerbia	Satis, abunde, affatim, parum, inſtar, partim, Ergo, pro cauſſa.	Satis verborum. Inſtar omnium. Victoriæ ergo.

Aduerbia ſuperlatiua a nominibus orta; ut, maxime omnium: elegantiſſime omnium.

Aduerbia loci: ubi, ubinam, ubicunque, quouis, quoquo, nuſquã, genitiuos, Terrarum, Gentium admittunt; ut, nuſquam gentium; vbi terrarum: dicitur, & longe gentium.

Huc ſpectant aduerbia, eo, huc; ut, eo ſcelerum: huc malorum uentum eſt.

Pridie & poſtridie, genitiuum, & accuſatiuum petunt; ut,	Pridie eius diei venit. Pridie nonas. Poſtridie ludos Apollinares.

Datiuus poſt aduerbium.

Quædam dandi caſum petunt, more eorum unde deducuntur; ut,	Congruẽter naturæ viuere. Dicere cõuenienter rationi. Obuiam alicui ire.

Accuſatiuus poſt aduerbium.

Propius, proxime accuſatiuum exigunt; ut, propius urbem. Quam proxime Italiam ſis.

Abhinc, verbis prẹteriti temporis iunctum accuſatiuum, ſeu ablatiuum poſtulat: abhinc annos, & annis quindecim.

Abla-

Ablatiuus post aduerbium.

Aduerbia comparatiua ablatiuo gaudent; ut,	Lacryma nihil citius arescit. Annos sexaginta natus es, aut plus eo, ut conijcio.

Aduerbia loci.

Aduerbia loci, quibus interrogamus, sunt ista: Vbi, cui redditur, hic, ibi, ubique; intus, foris, supra, infra, &c.

Vnde, cui redditur, hinc, inde, eminus, cominus, superne, inferne, intus, foris, &c.

Quo, cui redditur, huc, illo, eodem, quo, intro, foras, nusquam, &c.

Qua, cui redditur, huc, aliqua, quacūque, qualibet, &c.

Quorsum, ideſt quem locum uersus, cui redditur, horsum, illorsum, sursum, lęuorsum, prorsum, rursum, &c.

Vt, pro Postquam, Quomodo.

Vt, pro	Postquam, indicatiuū petit. Vt ab vrbe discessi. Quomodo, cum quadam admiratione. Vt falsus est animi!

Post has uoces, Adeo, ita, sic, tam, talis, tantus, tot, fere nunquam ponitur, quod, sed, vt, cum subiunctiuo; ut, non sum ita hebes, ut ista dicā: adeo ignarus, ut nescias.

Antequam, Priusquam	Indicatiuo, & Coniunctiuo gaudent; ut,	Antequam dico, & dicā. Priusquam dicere incipio, & incipiam dicere.

Ne, uetandi, subiunctiuum petit, cum aliquid prohibemus; vt, ne facias: petit etiam imperatiuum, maxime apud Poetas; ut, ne iura.

Næ, ideſt profecto, pronominibus præpositum, indicatiuum uel coniunctiuum petit; ut, næ ego homo sum infelix: næ tu consuluisses famæ.

Per, perquam, sane, valde, oppido, in primis, cum primis, apprime, admodum, vehementer, & alia id genus fere positiuis gaudent; vt,	Perfacilis, perquam puerile. Oppido pauci. In primis inter suos copiosus. Homo cum primis honestus.

Quam

Quã affectibus seruiẽs; ut	Admirationi, commiseratꝫioni, atque interrogationi cum admiratione permixtæ, positiuis iungit; ut	Quã multi auaritiæ student! Quã fallaces hominũ spes, &c.

Quam, pro Quantum, positiuis prępoꝫnitur; ut, quam sunt morosi qui amant! quam gratum hoc munus!

Quam, pro Quantum, cum uerbo possum, superlatiuis adiungitur; ut, quam potui maximis itineribus.

Quam ut, eleganter comparatiua sequitur; ut, hoc altius est, quam ut nos suscipere possimus.

Quam, pro Valde, superlatiuis elegantissime adiungitur; ut, Cura ut quam maximas, quam primum gratias agat.

Tam, & Quam.	Positiua, frequentissime, Superlatiua, rarius, Comparatiua, rarissime copulant;	vt,	Tam multa, quam multa. Quã sæpissime, tam maxime. Non tam in bellis, quã in fide firmiorem.

Tam, interdum separatim cum superlatiuo; ut, uestris tam grauissimis iudicijs conscius.

Aduerbia, in um, positiuis gaudent; ut,	Parum, Multum, Nimiũ, &c.	Parum firma sunt. Vir multum bonus. Nimium longi sumus.
Aduerbia in o, cõparatiuo adhęrent; ut,	Paullo, nimio, Aliquanto, Tanto, eo, multo, Hoc, pro tanto; ut,	Quanto superiores sumus, tanto, &c. Valeo, paullo tamen deterius, quã soleo.

Multo, etiam superlatiuis additur; ut, multo molestissima.

Appendix.

Item, Longe, pro Valde; ut, longe post natos homines improbissimus.

Facile, cum sine dubio, sine controuersia, significat, superlatiuis, aut ijs, quæ eorum uim habent gaudet; ut, vir totius Græciæ facile doctissimus: facile præcipuus: facile primus.

Interiectionis constructio.

O, tribus casibus adiungitur.
- Nominatiuo; ut, o uir fortis.
- Accusatiuo, o me perditum.
- Vocatiuo, o Daue.

Heu, & Pro, modo nominandi, uel potius uocandi casum postulant; ut, heu pietas; pro dolor: modo accusandi; ut, heu me miserum; pro Deum, hominumq; fidem.

Hei, & uæ, datiuo gaudent; ut, hei mihi; uæ tibi.

Coniunctionis constructio.

Coniunctiones copulatiuæ & disiunctiuæ, cum ad idem verbum referuntur, similes casus connectunt; ut,
- Interitus talis viri, & ciuis.
- Viriditas arborum, aut uinearum.

Quã, nisi, an, præterquam — Eosdem itidẽ casus copulant; ut,
- Neminem, nisi te vidi.
- Refert, qui audiat, senatus, an populus.

Huic constructioni aliquando certa dictionum proprietas obstat; ut, fui Romæ, & Athenis.

Etsi, Tametsi, Quamquã, — In principio sentẽtiæ indicatiuum postulant. — Alibi etiam subiunctiuum admittunt.

Etiam, quamuis, licet, vt, pro quamuis — Subiunctiuo gaudent; ut, etiamsi maxima sint: vt summam haberem cetera, &c.

Ne, caussalis, coniunctiuum amat; ut, vereor ne quid apportet mali: metuo ne intus sit.

Vt, pro Ne, post verba, Vereor, Timeo, Metuo, eleganter ponitur; vt, Vereor ut placari possit: timeo ut sustineas.

Ne non, pro Ne, post eadem verba; vt, vereor ne exercitum firmum habere non possit. Quod si tertiam negationem adderes, te omni metu liberum significabis; vt, Non vereor, ne, non, seu quin non placeat.

Ni, Nisi, Si, — amãt Indicatiuum, & Cõiũctiuum; ut,
- Mirum, ni domi est.
- Ni nossem caussam.
- Nisi quid adhuc forte vultis.
- Si illum relinquo.

Quod, cum caussam & rationem reddit, tam indicatiuo, quam coniunctiuo gaudet; ut, { Fecisti mihi pergratum, quod, &c. Admiratus sũ, quod scribas. Gratias agã, qđ me monuisti. }

Appendix.

Verbum, Videor, coniunctione, quod, refugit: non ergo dixeris, { Videtur mihi qđ sum doctus, tu es doctus, & ille est doctus; sed } { Videor mihi esse doctus. Tu uideris mihi doctus. Ille sibi videtur doctus. }

Et in numero multitudinis eodem modo. { Videmur nobis esse docti. Videmini vobis esse docti. Illi uidentur sibi esse uiri docti. }

Quia, pro quod, vtrunque modum admittit; vt, beate vixisse videar, quia tecum vixi: nemo dolorem, quia dolor sit, amat.

DE FIGVRATA constructione.

Oratio tres virtutes habere debet, ut sit { Emendata, Dilucida, Ornata. } Quibus cõtrariatur, { Barbara, cui[9] duo sũt uitia { Solœcismus. Barbarismus. } Obscura, Inornata.

Quid sit Solœcismus, & quotuplex.

Solœcismus est uitiosa partium orationis compositio.

Is fit quattuor modis. ——— { Adiectione, cum aliquid additur contra præcepta grãmaticæ; vt, scribo cum calamo. Detractione; vt, redeo agro. Trãsmutatione partiũ orõnis; vt, quoque ego: enim hoc uoluit. Immutatione, cum una pars orationis ponitur pro alia; vt, graue ferunt, pro grauiter. }

Fit itaque per omnes orationis partes cum una pro alia ponitur.

Item,

Item, per eas, quæ sunt eiusdem generis; ut, eo intus, pro intra: Sum huc, pro, hic.

Item, per ea quæ partibus orationis accidũt; vt, per genera, casus, numeros, personas, modos, & verborũ genera.

Appendix.

Fuerunt, qui tres primos modos vitia esse negarunt, dicentes esse figuratas locutiones per pleonasmum, eclipsim, & anastrophen.

Quid sit figurata constructio, & quid figura.

Sunt quidam modi loquendi apud bonos auctores, qui faciem solœcismi habent, sed tamen uitio carent.

Hoc nouum loquendi genus, Figura verborum, seu sermonis, aut orationis appellatur.

Est ergo figura noua loquendi ratio, a trito & vulgari sermone remota, quæ fere ratione aliqua nititur. Cuius hæ sunt species.

Enallage, quæ est figura, cum una pars orationis ponitur pro alia; ut,
- Viuere ipsum turpe est.
- Philotimus non modo nullus uenit.
- Ita facto opus est.

Fit etiam per attributa partium orationis; ut, per
- Casus; ut, alteri Capitoni nomen est.
- Numeros; ut, magna pars ferarum æstate non bibunt.
- Modos; ut, respiraro, si te uidero.
- Tempora; ut, vnum ostende emptum esse, uicisti.

Eclipsis est, cum id, quod in oratione deest, foris omnino petendum est.

Vt, ego si Tiro ad me: cogito in Tusculanum.

Zeugma est, cum id, quod in oratione desideratur, e proximo assumitur, manente eodem genere, numero, casu, & alijs attributis.

Vt, nulla possessio, nulla uis auri, pluris quam uirtus æstimanda est.

Syllepsis est, cum id, quod in oratione deest, e proximo assumitur, mutato tamẽ genere, aut alio ex accidentibus.

Vt, risus populi, atque admiratio omnium facta est: ille timore, ego risu corrui.

Prole-

Prolepfis eft, cum dictio aliqua totum fignificans præceffit, quæ rurfus in partibus intelligitur, neq; explicatur.

Vt, Duo reges Romam auxerunt, Romulus bello, Numa pace: exercitus duo, unus ab Vrbe, alter a Gallia obftat.

Archaifmos, eft conftructio, qua prifca uetuftas potiffimum ufa fuit.

Vt, Hanc fibi rem præfidio fperant futurum: Nefcio quid, abfente nobis, turbatum eft domi.

Hellenifmus, eft conftructio, quæ Græci fermonis leges, non Latini feruat.

Vt, agas aliquid eorum, quorum confueuifti: Solus tibi certet Amintas: Trifte lupus ftabulis: Os, humerofq; Deo fimilis.

De Barbarifmo.

Barbarifmus eft dictio, aut
- Omnino barbara; ut, auifo, pro admoneo, & alia generis eiufdem.
- Latina, fed uitiata
  - Scripto, uel
  - Pronuntiatione.

Dictio latina fit uitiofa multis modis.
- Per genera; ut, gladia, pro gladij: numero, fcopa, pro fcopæ: declinatione, famei, pro famis: coniugatione, ftaui, pro fteti.
- Item, diuifione, fyluæ, triũ fyllabarũ, pro fyluæ: complexione, Phæton, pro Phäëton.
- Item, adiectione literæ, fyllabæ, adfpirationis, cum fyllabæ breui additur aliud tẽpus.
- Item, detractione literæ, fyllabæ, adfpirationis, & tẽporis, cũ fyllaba longa fit breuis.
- Item, immutatione literæ, uel fyllabæ; ut, olli pro illi.
- Item, tranfmutatione, cum litera, aut fyllaba e fuo loco mutatur.
- Denique, tenore, cum accentu alio, pro alio utimur; ut, fi præpofitiones a fuis cafibus feparentur.

Admonitio.

Cum apud Virg. detractiones, immutationes, additiones literarum, uel fyllabarum leges, non putes effe barbarifmos:

barismos: quia multa conceduntur Poetis, quę alijs scri ptoribus negantur. Neque etiam miremur, si apud M. Tullium legerimus, liberum, cognoram, noram, & alias id genus imminutiones, siquidem communi usu loquendi etiam Oratoribus sic loqui licet.

Obscuræ orationis vitia.

Verba inusitata, remota a communi usu, obscuritatē faciunt; ut, oppido, pro ualde: auerruncare, pro auertere.

Item, uitium quod dicitur Acyron, latine, improprium; ut, sperare, pro timere.

Item, ambiguitas, siue amphibolia, quæ fit, uel
- In uno uerbo; vt si hęc vox Taurus, quę uaria significat indistinctè ponatur.
- Sermone; ut, audiui Cremetem percussisse Demeam.

Cum sermoni aliquid deest, quo minus plenus sit, quod uitium Meosis, seu diminutio dicitur.

Vel contra, cum inani uerborum multitudine obruitur oratio, Perisologia uocatur.

Denique, si longa parenthesis interijciatur, aut si uerba confusa longius traijciantur.

Hæc uitia si declines, dilucida erit oratio.

Appendix.

Cum orationis structura decoris gratia uariatur, neglecto simplici sermonis ordine, non uitium, sed uirtus est, quę Hyperbaton appellatur, idest trangressio uerborum; ut, in duas diuisam esse partes, pro in duas partes diuisam esse.

Hyperbati aliquot species.

Anastrophe est, duorũ uerborum pręposterus ordo; ut, mecũ, tecum, quibus de rebus. At uero hæc, vrbem quam statuo, uestra est, dura est, pro, Quam urbem statuo.

Tmesis est, cum uerbum compositum diuiditur, aliqua dictione interposita; ut, per mihi gratum erit: rem uero publicam.

Parenthesis, est breuis sensus sermoni, antequam interrumpatur, interiectus; ut, o præclarum custodem ouium (ut aiunt) lupum.

Inordinatæ orationis vitia.

Cacophaton, est obscœnum dictum, siue in uno uerbo, siue pluribus, siue deformi concursu literarum fiat.

Tapinosis, qua rei magnitudo, uel dignitas minuitur; ut, si parricidam hominem, nequam, uoces.

Tautologia, eiusdem uerbi, uel sermonis iteratio; ut, ibant qua poterant, qua non poterant non ibant.

Vitanda est eiusdem literæ nimia assiduitas.

Macrologia, est longior quam oporteat sermo; ut, legati retro domum, unde uenerant redierunt.

Pleonasmus, cum superuacuis uerbis oneratur oratio; ut, ego meis oculis uidi: satis enim est, uidi.

Cauendum est etiam, ne consonantes aspere concurrant: ut s, ultima, cum x: exercitus Xersis: Rex Xerxes.

Vitandi etiam sunt concursus uocalium, quæ hiantem orationē reddunt; ut, uiro optimo obtēperasti olim.

Vitium etiam est, si multæ uoces eiusdem exitus in unum locum congerantur; ut, flentes, plorantes, lacrymantes, &c.

Et si prioris uerbi ultimæ, sint primæ sequentis; ut, O furtunatam natam me consule Romam.

Appendix.

Si quando apud graues oratores aliquid superuacaneum inueniatur, non sine caussa fit: adduntur enim quædam affirmationis gratia; ut, his oculis uidi, &c.

Adduntur & alia, quæ, aut consuetudine, aut auctoritate, aut uetustate, & necessitate excusantur; ut, ubi terrarum esses: a Brundusio nulla fama: adolescentulus miles profectus sum ad Capuam: imperant, ut ne iurent: esse hominem qui ignoret arbitror neminem, &c.

Finis Compendioli Libri Secundi.

COMPENDIOLVM LIBRI TERTII GRAMMATICAE Emmanuelis Aluari.

DE SYLLABARVM dimensione.

Syllabę fiunt, vel ex { Vna littera, / Vel pluribus; } vt, I, erunt.

Literę diuidūtur in
- Vocales, { Quæ sunt sex: a, e, i, o, u, y. Ex quibus fiunt sex diphthongi: { æ, ut præmium. au, aurum. ei, hei. eu, Europa. œ, pœna. yi, harpyia.
- In diphthongis, { A, o, y, semper prępo nūtur. I, u, semper postponuntur. E, præit, & subit.
- Consonantes, quę diuidunt in { Mutas, q̄ sūt octo, b, c, d, g, k, p, q, t. Semiuocales; quæ sunt octo, f, l, m, n, r, s, x, z.

Ex semiuocalibus, { Quattuor sunt liquidæ, l, m, n, r: sed, m, & n, liquescunt in dictionibus græcis; ut, Tecmessa, Cygnus. Duæ duplices, x, z, quæ valent, cs, vel gs; vt, dux ducis, rex regis.

Admonitiones circa literas.

Veteres, z, reddebant per duplex, ss; vt, massa, pitisso.

F, præposita liquidis, L, R, vim habet mutæ.

S, est sui iuris, cum nec inter liquidas, aut duplices numeretur: tamen aliquando liquescit.

H, sit ne litera, aut nota adspirationis, dubium est.

I, inter duas vocales, consonãs est, & valet duplex, I, vt, maior, peior: veteres geminabant, I, dicẽdo maijor, peijor.

I, & V, cum vocalibus præponuntur, easque comprimunt, fiunt consonantes; vt, Iecur, iocus, vates.

Iota Græcorum, nunquam est consonans.

Iod, apud Hebræos semper est consonans, cum vocalibus præponitur; ut, IESVS, Ioannes: sed qui has voces per, I, vocalem pronunciant, more Græcorum faciunt.

V, post, q, semper liquescit; ut, quare, quia: at post g, & s, modo liquescit; ut, suadeo, suauis; modo integra est; ut, exiguus, suus.

Literæ liquescunt, cum uim uocalis, aut consonantis amittunt.

Syllabarum diuisio iuxta quantitatem.

Syllabæ, quas tẽporibus metimur, aut sunt
- Breues, quæ uno tempore, siue spatio constant; ut, at, sed. (Tempus autẽ est spatiũ, quo sylla ba pronũtiatur.)
- Longæ, quæ duobus; ut, ah, en.
- Communes, quæ in versu, tum longæ, tum breues esse possunt; ut, in Atlas, cyclops, primæ: Tenebræ; latebræ, mediæ.

Admonitio.

Nulla vocalis apud Latinos est perpetuo breuis, uel longa.

Apud Græcos ε, & ο, perpetuo sunt breues; ut, Origenes, Macedones.

At η, & ω, perpetuo longæ; ut, eremus, idolum.

Præcepta vniuersalia de syllabarum breuitate, & longitudine.

Primum de vocali ante vocalem.

Vocalis ante vocalem in latinis dictionibus est breuis; ut, Puer, fuit, &c.

Exceptiones.

1 Fio, i, habet longũ, nisi sequatur, r; ut, Fiebam, fierem.

2 Inter-

2 Interrogandi, & dandi casus quintæ declinationis, E, ante, I, producunt; ut, rei, fidei.

3 Genitiuus in, Ius, habet, I, longum in soluta oratione; in carmine, & breue, & longum; vt, vnius, illius: At, alterius, semper breue, alius, semper longum.

4 Ohe habet priorem communem.

5 Cai, Pompei, & similes vocandi casus, habent penultimam longam.

Appendix I.

Aer,

Chorea, Platea, } Hæc duo interdum a Poetis corripiuntur.

Cytherea, Elegia, } Aliquãdo soluta diphthongo *ει*, in *ι*, longum mutantur; ut, Elegeia.

Darius, & similia, quæ habent vocalem ante vocalem longam, græca sunt.

Appendix II.

Idea, Andreas, philosophia, orthographia, & similia vocalem ante vocalem corripiunt, licet pronuntientur penultima acuta.

Præceptum II. de diphthongis.

Diphthongus, longa est, tam in græcis, quam in latinis dictionibus; ut, { Æneas, Melibœus, Præmium, laus.

Sed præpositio, præ, composita, cum præcedit vocalem, breuis est; ut, præuro, præustus.

Præceptum III. de positione.

Vocalis ante duas consonantes, vel unam duplicem eiusdem dictionis, longa est; ut, { Terra, Gaza, Maiora, Troia.

Appendix I.

Si altera consonans fuerit in fine præcedentis dictionis, altera in principio sequentis, vocalis fit positione longa.

Appendix II.

Si uero utraque consonans, aut duplex, sit in principio sequentis, nil fere præcedentem vocalem breuem iuuat.

Exceptio prima de liquescentibus.

Vocalis ante mutam & liquidam eiusdem dictionis, in carmine, communis est: at in soluta oratione, perpetuo corripitur; ut, { Volucris. Cyclops.

Appendices.

1 Vocalis ante F, & liquidas, frequentissime corripitur; ut, refluo, reflo, refringo, refrango.

Interdum etiam producitur; ut, refloreo, apud Sil.

2 Abluo, obruo, subleuo, adnitor, & alia ijsdem præpositionibus composita, nunquam primam corripiunt: requiritur enim ut muta & liquida ad sequentem vocalem spectent; ut, tenebræ, funebris: at in illis pertinet ad præcedentem.

3. M, N, raro liquescunt, idque in græcis dictionibus; ut, Cygnus, Tecmessa.

Exceptio secunda.

I, inter duas vocales in compositis, bijugus, quadriiugus simplex consonans est: unde præcedens uocalis corripitur.

Præceptum IIII. de præteritis dissyllabis.

Præterita dissyllaba habent priorē longā; ut, vidi, ueni.

Exceptio, Sto, do, scindo, fero, rapiūt bibo, findo priores

Appendix, compositum, abscidi, habet penultimam communem.

Præceptum V. de præteritis geminantibus primam syllabam.

Cum prima syllaba præteriti geminatur, eadem, & secunda breues sunt, ni duo consonantes obstent; } ut, { Tetigi. Pepigi. Cecini.

Excipe, { Cecidi, a cædo. Pepedi, a pedo. } In quibus secunda est longa.
Et cū duæ consonantes sequuntur; vt, cucurri.

Præceptum VI. de supinis dissyllabis.

Supina duarum syllabarum habent priorem longam; ut, { Visum. Motum.

Exceptio.

At reor, atque sero, do, iunge ciere, linoque,
Ire, ruoque, queo, siui, rapuere priores.

Appendices.

1 Citum a Cico secundæ coniugationis priorem breuem

uem habet: at citum, a cieo, quarti ordinis, longam.

2 Ruo, nunc facit, ruitum, in supino, olim, rutum: vn de composita, dirutum, erutum, obrutum.

3 Statum, uidetur priorem habere communem. Inde enim status, & composita per, i, habent priorem breuem; ut, præstitum: at staturus, & constaturus longam.

Præceptum VII. de supinis polysyllabis.

Supina in, tum, polysyllaba, syllabam præcedentem, V, habent longam; vt, solutum, argutum.

Item, in tum, a præteritis, in ui, per, u, consonantem; ut, cupiui, cupitum.

Exceptio, at agnitum, cognitum, breuem habent.

Præceptum VIII.

Supina in, itum, a præteritis in, ui, per, u, vocalem, habent penultimam breuem; ut, monui, monitum.

Præceptum IX. de deriuatis.

Deriuata sequuntur naturam eorum a quibus deriuantur; ut,
- Legebam, legam, a lego, habent primam breuem.
- Legissem, legisse, primam longam, a legi.
- Aratrum a supino aratum, primam longam.
- Reditus, exitus prima breui, a supinis eandem breuem habentibus.

Exceptio, multa sunt, quæ suæ originis naturam non sequũtur, vsu discẽda.
- Fomes, mobilis, laterna, regula, &c. prima longa, a breuibus.
- Lucerna, arista, sopor, uadum, &c. prima correpta, a longis.

Præceptum X. de compositione.

Composita, breuitatem, vel longitudinem simpliciũ sequuntur; ut,
- Perlego, e, ante, g, breui, a lego.
- Perlegi, e, producitur a legi.
- Attigi, concidi, i, breuis, a tetigi, cecidi: sic oblitũ, circundatũ, &c.

Appendix.

Quantitas simplicium seruatur in compositis, quamuis vocales mutentur; vt, eligo, a lego: concido, a cado: & concido, a cædo.

Hæc a simplicibus longis orta corripiuntur.

Deiero, peiero, a iuro: pronuba, innuba, a nubo.

Semisopitus, a sopitus: maledicus, causidicus, veridi-

cus, fatidicus, a dico: nihilum, ex nil, & hilum.

Connubium, a nubo, secundã syllabã habet cõmunem.

De præpositionum compositione.

Breues sunt,	Ab,	vt,	Abeo.
	Ad,		Adoro.
	Ante,		Antefero.
	Circum,		Circumago.
	In,		Innouo.
	Ob,		Obeo.
	Per,		Pereo.
	Re,		Refero.
	Sub,		Subeo.
	Super,		Superaddo.

Item, A, græca præpositio; vt, adamas, atomus, adytus.

Refert, idest, interest, re, habet longam.

Præpositiones longæ.

A,	vt,	Amitto.	At	Dirimo,	Corripiũt, di.
E,		Erumpo.		Disertus.	
De,		Deduco.			
Di,		Dirimo.			
Se,		Seduco.			

Pro; præpositio.

Apud Græcos est breuis; ut, propontis.

Apud Latinos longa; ut, proueho.

Exceptio.

Corripe, quę fundus, neptis, fugioque, neposque,
Et fari, festus, fateor, fanumque crearunt.
Huc profugus spectat, cui iunge profano, proteruus,
Huc proficiscor ades, properate, procella, profecto,
Tuque propago genus: vitis própago recede.

Appendix.

Propino, procurro, primam habent communem: profundo, rarissime eandem corripit.

E, in compositione.

Si prior pars compositi E, vocali terminetur, fere breuis est; vt, Liquefacio. Tepefacio, nefas.

Excipe, nequis, nequa, nequod, nequã, nequitia, nequaquam, nequidquã, nequãdo, videlicet, veneficus, venefica.

I, vel

I, vel Y, in compositione.

Si prior pars compositionis in I, vel Y, desinat, corripitur; ut, { Omnipotens. Causidicus. Polydorus.

Exceptiones.

1 Longum habent, I, ibidem, vbique, idem, pronomen virile, bigæ, quadrigæ, biduum, triduum, siquis, siqua, siquod, scilicet, illicet, tibicem, meliphyllon, Trinacria.

2 Item composita ex dies; ut, { Meridies, Quotidie, Quotidianus, &c.

At, vbicunque, frequentius, I, habet breue.

3 Si, I, fixum non fuerit, sed pro genere, & casu mutetur, longum erit; vt, quidam, quiuis, quilibet, tantidem.

O, in compositis.

O, in græcis dictionibus priorem compositi partem claudens, corripitur; ut, Cymothoe, Argonauta.

Sed, quę per omega scribuntur, longa sunt; ut, Geometra, lagopus.

De incremento singulari nominis.

Quid sit incrementum.

Si genitiuus singularis par sit syllabarum numero nominatiuo, nullum erit incrementum; ut, musa, musæ.

Si Lógior fuerit, tũ penultima genitiui erit incremẽtũ.

Quæ in omnibus casibus vtriusque numeri genitiui quantitatem seruat; ut, sermo sermonis, sermoni.

Præter bobus, ubi, o, producitur, cum sit breuis in genitiuo singulari.

Iter, supellex, & cõposita ex, caput, literis, ps, finita, duplici augent incremẽto; vt, itineris, supellectilis, bicipitis.

Incrementum primę declinationis.

Incrementum primæ declinationis, Longum est; ut, Aulai, pictai.

Incrementum secundę declinationis.

E, I, V, } incrementa secũdæ corripiuntur; ut, { Miser miseri. Vir viri. Satur saturi.

Excipe, Iber, iberi, & ex eo compositum, Celtiber, beri.

Incrementum tertię declinationis.

A, incrementum singulare tertiæ, est longum; ut, vectigal, Titan, pax, calcar.

Exceptiones.

1 Corripe masculina, in Al, ar; ut, sal, animal.
Par, cum compositis, hepar, cum nectare bacchar,
Cum vade, mas, & anas, queis iunge larque, iubarque.

2 Et græca in A, & As; ut, poema, Pallas: & quę consonantem habent ante, s; ut, Arabs.
Et dropax, anthrax, Atrax, cum smilace, climax.
His Atacen, panacen, colacen, styracéque, facemque,
Atque abacem, coracem, phylacem, cõpostaq; nectes.

E,

E, incrementum tertiæ breue est; vt, degener, grex, funus, puluis, &c.

Exceptiones.

1 Genitiuus, Enis, penultimam habet longam; ut, ren renis, siren sirenis.
Vber, & Iber, locuples, hæres, mercesque, quiesque,
Lex, ueruex, halex, seps, plebs, rex, insuper halex.

2 Item peregrina in, El, ut, Michael: & græca in er, es; ut, crater, rhamnes, tapes, præter, aer, & æther.

I, vel, Y.

Incrementum tertiæ breue est; vt,
Ordo, pugil, carmen, cespes, cum sanguine, princeps,
Et chlamys, atque chalybs, pollex ——

Exceptiones.

1 Genitiuus in, Inis, vel Ynis, a nominibus græcis producitur; ut, delphin, phorcyn, salamis.
Item, Nesis Nesidis, gryps gryphis, uibex vibicis:
Glis, gliris, Dis, lis, Samnis, quibus adde Quiritem.

2 Nomina in Ix, vel Yx, penultimam genitiui habent longam; ut, felix, bombyx, bombycis.

3 I, breue seruarunt histrix, cum fornice, uarix,
Coxendixque, Cilix, choenix, natrixque, calixque,
Atque calix Danaum nectes, Erycenque, niuemque.
Sadonychi sociatur onyx, pix hæret utrique
Et salices, silices, larices: sit Bebrycis anceps:

Sed

Sed breuibus iunges, in Gis, cum patrius exit.
Coccyx, coccygys, maſtix, maſtigis amabit.

O.

O, incrementum tertiæ eſt longum; ut, ſol ſolis, unio unionis, &c.

Exceptiones:

1 Græca in, on, quę in obliquis habent, omicron, corripiuntur; ut, Palemon, Sindon, Iaſon, &c.

Latini interdum litteram, n, omittunt; ut, Macedo. Agamemno.

Quæ vero, omega, ſcribuntur, longa ſunt; ut, Simon, agon, Sidon, Solon, &c.

2 Genitiuus in, oris, a nominibus græcis, & latinis neutris, prætet, os oris, penultimam habent breuem; ut, Neſtor, marmor, ebur.

Quibus adde, memor, arbor, lepus, & compoſita a pus podos, vt tripus: Itèm bos, compos, impos.

3 Corripiuntur etiam Cappadox, præcox, & quę conſonantem habent ante, s; vt, ſcrobs, Dolops, Aethiops; pręter, Cyclops, Cecrops, Hydrops.

V.

V, incrementum tertiæ breue eſt; ut,
Dux, Ligur, & pecus, intercus, cum præſule turtur.

Exceptio.

Genitiuus in, udis, uris, & utis, a nominibus in us, habet penultimam longam; ut, palus, tellus, virtus, fur furis.

Quibus addenda ſunt, Pollux, lux, & frugis, frugi, & ceteri obliqui.

De incremento plurali nominis.

Penultima genitiui, vel datiui pluralis numeri dicitur incrementum plurale, cum uterque caſus eſt longior nominatiuo; ut, muſæ muſarum: qui quorum.

Primum præceptum. A, E, O, incrementa multitudinis longa ſunt; vt, quarum, rerum, quorum.

Secundum. I, V, corripiuntur; vt, quibus, tribus, lacubus.

De verborum incremento.

Quid sit incrementum verbi.

Secunda persona singularis modi indicatiui norma est incrementi verborum.

Cui si verbum sit ęquale, nullum est incrementum; ut, amas, amat: amat, non habet incrementum.

Si uerbum sit longius vna syllaba, unum erit incremen tum: si duabus, duo; ut, amabatis: si tribus tria; ut, amaueritis: si quattuor, quattuor; ut, audiebamini.

In verbis deponentibus fingenda est uox actiua, ad quã uerborum incrementa dirigantur.

Vltima syllaba nunquam est incrementum. Prima vero maxime, si norma ipsa sit monosyllaba; ut, Das, fles, damus, flemus.

Praceptum I. de verbi incremento.

A,

In omni incremento producitur; ut, stabam, stares, pro peramus, docebamus, audiebamini &c.

Excipe A, primum incrementum verbi Do, das, quod corripitur; vt, damus, dare: vnde composita breuiantur: circumdabo, venundabo.

Pręceptum I I.

E,

In omnibus incremenris producitur; ut, fiebam, rebar, docerem, &c.

Exceptiones.

1 E, ante R, breue in quouis præsenti, & imperfecto tertiæ coniugationis; vt, cognoscere, legerem, legeris.

Reris tamen, uel rere, producitur; vt, loquereris, prosequerere.

2 E, ante Ram, Rim, Ro, corripitur; vt, amauerim, amauerani, amauero: & de ceteris personis idem esto iudicium.

3 Beris, & bere, semper corripitur; ut, celebraberis, uel celebrabere.

Poetæ in pręterito indicatiui, E, ante, runt, interdum corripiunt; ut, statuerunt, terruerunt.

Pręce-

Præceptum III.

I,

In quouis incremento corripitur; ut, linquimus, audiebamini, &c.

Exceptio.

Penultima preteriti, in, iui, longa est; ut, petiui.

Et primum incrementum quartæ coniugationis; vt, ibam, ibo, ito, subimus, uenimus, reperimus, præsentis temporis.

Hæc item, I, longū habēt: Nolito, nolite, nolimus, nolitis, uelitis, simus, sitis, & cōposita ex his; vt, possimus, &c.

Appendices.

1 Imus, in præterito vltimam corripit; vt, uenimus, reperimus, comperimus.

2 Rimus, & Ritis, in coniunctiuo, an habeant penultimam breuem uel longam, dubium est: poetæ modo breuiant, modo longant: ex quibus tu optimos imitaberis: quod si tibi aliquid recitandū est, consuetudinem serua.

Præceptum IIII.

O,

In verborum incrementis semper producitur; vt, facitote, amatote.

V, vbique corripitur; vt, sumus, possumus, uolumus.

De vltimis syllabis.

Syllabæ, quæ ultimū locum tenent, cognoscuntur, partim
- Positione, ut prudens.
- Diphthongo, ut musæ,
- Priuatis regulis, de quibus nūc agetur.

A, finita longa sunt; ut, memora, antea, triginta, &c.

Exceptio.

Corripe, eia, ita, postea, quia: item omnes casus in, a, vt prora, uela, præter ablatiuum, & vocatiuos græcos; ut, de prora, Palla.

E, finita corripiuntur; ut, nate, fuge, pone, nempe, &c.

Exceptiones.

1 Producuntur omnia primæ & quintæ declinationis; vt, Calliope, die, re, & quæ ex his oriuntur: his adde, cete, fame, tempe.

2 Verba imperatiui modi numeri singularis secũdę coniugationis; vt, vide, doce: sed, caue, fere corripitur.

Sunt etiam longa monosyllaba: me, te, se.

Exceptis coniunctionibus encliticis, quæ, ne, ue.

Et syllabicis adiectionibus, pte, ce, te; ut, suapte, tute, hisce.

3 Longa etiam sunt, fere, ferme, ohe; & aduerbia a nominibus secundæ declinationis profecta; ut, summe, ualde, minime: Præter bene, male.

Facile, etiam, cum est aduerbium, corripitur. Vt omnia adiectiua tertiæ, cum in aduerbia transeunt; vt, dulce, sublime, &c.

I, vocali finita longa sunt; vt, classi, fieri, &c.

Exceptiones.

1 Corripe, nisi, quasi, & græca, quæ in I, vel Y, exeunt; vt, Palladi, Daphni, moly.

2 Mihi, tibi, sibi ultimam habent communem.

Ibi, ubi, & cui, cum dissyllabum est, frequentius corripiuntur.

O, finita ambigua sunt; vt, quando, vigilando, nolo.

Exceptiones.

1 Monosyllaba; ut, o, do, sto, datiui, & ablatiui, longantur; ut, somno, tuo, &c.

Et græca, quæ habent, omega; ut, Androgeo, Atho, Clio, & ergo, pro causa.

2 Aduerbia a nominibus orta; ut, subito, merito: quibus adde, adeo, ideo.

Hæc rursus excipiuntur, modo, quomodo, dummodo, postmodo, cito, imo;

Quibus accedunt: scio, nescio, duo.

3 Aduerbium, sero, & coniunctio, uero, habent ultimam breuem.

V, finita longantur; ut, manu, cornu, Panthu.

B, D, T, literis terminata corripiuntur; vt, ab quid, audijt.

C, finita, longa sunt; ut, sic, hoc, hic aduerbium.

Excipe, donec, nec, Hic pronomen uirile, anceps est.

Verbum, fac, tutius corripitur.

L, finita, breuia sunt; ut, semel, uigil, consul.

Excipe,

Excipe, sal, sol, quę longa sunt.

M, finita, olim corripiebantur, neque a sequente uocali, ut modo fit, excipiebantur; ut nunc in compositis cernitur.

Vnde Ennius, Militum octo. Iuuen. quo te circum agas.

N, finita, longa sunt; ut, sin, Titan, Siren, Actæon, &c.

Item accusatiuus græcus nominum in, as, es, e; ut, Aenean, Anchisen, Calliopen.

Item græcus nominatiuus multitudinis cuiusuis declinationis; vt, epigrammaton, cimmerion.

Exceptiones.

1 Corripe, an, in, forsan, forsitan, tamen, attamen, uiden.

Item, en, finita, quæ faciunt genitiuum, inis; ut, nomen, lumen, flumen.

2 Corripiuntur græca in, on, quæ ad secundã nostram declinationem spectant; ut, Pelion, Ilion.

Omnes denique accusandi casus, qui a nominibus ultimam breuem habentibus proficiscuntur; ut, Scorpion, Thetin, Ityn, Maian, Aeginan.

R, terminata, corripiuntur; ut, semper, cor, turtur.

Producito, cur, far, fur, iber, lar, nar, uer, par, cum cõpositis; ut, compar, dispar, impar: & græca, quæ faciunt genitiuum, eris; ut aer, æther, crater.

Celtiber, a Martiale corripitur.

As, finita sunt, longa; ut, Aeneas, Pallas, fas, nefas.

Corripe græca, quorum genitiuus exit, in, Adis; ut, Arcas Arcadis, Pallas Palladis.

Item accusatiuos tertiæ declinationis nominum græcorum; ut, troas, heroas, delphinas.

Es, terminata, longa sunt; ut, Anchises, locuples, octies, &c.

Exceptiones.

1 Corripe nomina tertiæ declinationis, quæ crescunt in obliquis penultima breui; ut, diues, eques, pedes, hospes.

Præter, abies, aries, ceres, paries, pes, cum compositis, vt cornipes, sonipes.

2 Es,

2 Es, a uerbo ſum, breue eſt, & ex eo compoſita; ut, potes, ades: Item, penes: Grȩca neutra in, es, ut cacoethes: Præterea nominandi, vocandique caſus græcorum; ut, Arcades, Troes.

Is, vel Ys.

Is, vel ys finita, corripiuntur; ut, apis, ais, Itys, Thetys.

Exceptiones.

1 Excipe caſus omnes multitudinis; vt, viris, muſis, nobis: quis, pro quibus, omnis, urbis.

Item, glis, vis, nomen, & verbum: velis, ſis, cum compoſitis; vt, quamuis, nolis, adſis.

Et ſecundas perſonas numeri ſingularis modi indicatiui quartæ coniugationis; vt, neſcis, ſentis.

2 Longa etiam ſunt, quorum genitiuus in inis, entis, itis, penultima longa; ut, Salamis, Simois, Samnis, lis.

Os, finita longa ſunt; ut, os oris, tros, heros, athos, & quæ per omega ſcribuntur.

Exceptio.

Corripe os oſſis, compos, impos: & græca neutra; ut, chaos, melos, argos.

Item os, finita, quæ ad ſecundam Latinorũ declinationem tranſeunt; ut, Tyros, Arctos, Ilios.

Item omnes interrogandi caſus a quibuſcunque rectis proficiſcantur; ut, Arcados, Pallados, Typhœos, Tethyos, Tereos.

Vs, finita breuia ſunt; ut, litus, intus, ſenſibus, & nominandi, vocandique caſus ſingulares quartȩ declinationis; vt, domus, manus.

Excipe, monoſyllaba; ut, plus, rus, tus.

Et, quæ creſcunt in obliquis penultima longa; ut, ſalus, tellus, palus.

Et nomina quartæ declinationis, præter caſus ante dictos; ut, aditus, vultus.

Item græca nomina, quorum genitiuus exit in vntis; vt, Opus, Amathus; & quȩ ex pus podos componuntur; vt, tripus, melampus, & quæ ex os, contrahuntur; ut, Panthus, ex Pantheos.

Item genitiuus in us, a fœmininis in o; ut, Manto, Mantus: Clio, Clius, &c.

Huc

Huc etiam ſacroſanctum nomen IESVS ſpectat.

Appendix.

Vs, finita, non contracta, ab os ſyllaba profecta, corripiuntur; vt, Pamphagus, Oribaſus, potypus: quorum ultimum Æoles, per os ſcribunt; ut, Polypos: vnde a Latinis per us, effertur, ultima breui.

De ſyllaba communi.

Syllaba communis eſt, quæ modo breuis, modo longa eſt apud poetas. De qua ſunt hæc præcepta.

1 Diphthongus, & vocalis longa, breues fiunt, cum uocalem diuerſæ dictionis præcedunt.

2 Monoſyllaba breuia interdum a poetis more Græcorum producuntur; ut, que, &.

3 Syllaba breuis poſt quattuor primos pedes, maxime ſecundum & tertium relicta, interdum producitur.

Admonitio.

His tribus præceptionibus, non in ſuis componendis, ſed in metiendis poetarum carminibus utantur tirones.

4 Vocalis breuis ante mutam & liquidam eiuſdem dictionis, ut ſupra eſt dictum, eſt communis in carmine.

Appendix.

Syllaba natura longa nunquam corripitur, etiam ſi muta cum liquida ſequatur; vt, aratrum, uolutabrum, inuolucrum, ſalubris, &c.

5 Vltima verſus cõmunis eſt, ſiquidem longa pro breui ponitur, & contra.

De neceſsitate metrica.

Neceſſitas metri cogit poetas breues aliquando producere: vt, cum ſunt tres breues continuę in carmine heroico: vt vſu venit, in Italia, Priamide, Arabia, &c.

Aut contra, longas corripere. Iuuen. dixit, Stoicidæ, penultima breui, cum ſit longa.

De licentia poetica.

Poetę, quibus ſemper fuit poteſtas quidlibet audendi, nulla coacti neceſſitate interdum ſyllabis pro ſuo iure abutũtur: Tulerunt, dederunt, penultima breui, efferunt.

De

De pedibus.

Pes, est pars uersus, certo syllabarum numero, atque ordine definita.

Pedes duarum syllabarum sunt IIII.

Spondeus - - ut, possunt.
Pyrrhichius u u vt, furor, ruit.
Choræus, seu Trochæus - u vt, Arma, vincor.
Iambus u - vt, viros, rogas.

Pedes trium syllabarum sunt VIII.

Molossus - - - ut, Aeneas, contendunt.
Trochæus, siue Tribrachus u u u ut, tumidus, facere.
Dactylus - u u ut, corpora, traximus.
Anapæstus u u - vt, animos, capiunt.
Bacchius u - - vt, dolores, parabant.
Antibacchius - - u vt, audisse, maturus.
Creticus, seu Amphimacer - u - vt, maximos.
Amphibrachus u - u ut, cadebat, poema.

Pedes quattuor syllabarum ex superioribus compositi.

Dispondeus ex duobus spondeis - - - - ut, oratores.
Proceleusmaticus u u u u vt, abiete.
Dichoreus - u - u vt, dimicare.
Dijambus u - u - vt, propinquitas.
Choriambus - u u - ut, nobilitas.
Anapestus, ex iambo, & choreo u - - u ut, recusare.
Ionicus a maiore, ex spon. & Pyrrhic. - - u u. calcaribus.
Ionicus a minore, contra, u u - - ut, Diomedes.

Pæon.

Pæones quattuor sunt, omnes ex tribus breuibus, & una longa, hac lege, ut primus primam habeat longam, secundus secundam, &c.

1 Ex chor. & Pyrrhic. - u u u vt, aspicite.
2 Ex iamb. & pyrrhic. u - u u vt, potentia.
3 Ex pyrrhic. & chor. u u - u vt, animatus, moriamur.
4 Ex pyrrh. & iambo u u u - vt, calamitas, obierant.

Epitriti, seu hyppij totidem sunt, sed superioribus contrarij.

1 Ex iambo & spondeo u - - - vt, repugnarunt.

2 Ex choreo & spondeo - υ - - ut, comprobarunt.
3 Ex spondeo & iambo - - υ - ut, discordiæ, clamaueras.
4 Ex spondeo & choreo - - - υ ut, fortunatus.

Pedes quinque syllabarum inusitati sunt, præter Dochimum, oratoriæ compositioni maxime appositum: constat ex iambo & cretico υ - - υ - vt, reipublicæ, perhorrescerent.

De versu.

Versus est oratio certo genere, numero, atque ordine pedum constans.

Carmen hexametrũ, siue heroicum, constat
- Sex pedibus; quorum quinctus dactylus, sextus spondeus.
- Reliqui dactyli, uel spondei.
- Quinctus interdum est spondeus, a quo uersus uocatur spondaicus.

Pentametrũ carmen, quod fere hexametrum comitatur,
- Habet quinque pedes; quorum duo priores sunt dactyli, uel spondei.
- Adiuncta syllaba longa, quæ cæsura dicitur.
- Cæteri perpetuo dactyli, cum alia cæsura.

Senarius Iambicus, siue trimeter iambicus acatalectus, cũ purus est, & integer,
- Omnibus in locis iambos habet.
- Sed, ut tardior & grauior reddatur, primo, tertio, & quincto loco, recipit
- Spondeum, dactylum, & anapæstum.

Dimetrum iambicũ acatalectum, quattuor recipit pedes,
- Secundo & quarto loco iambos.
- Primo & tertio, iambum, spõdeum, dactylum, & anapæstum.
- In omnibus, excepto quarto, potest admittere tribrachum.
- Subscribitur hic versus interdum senario iambico.

Scazon, siue choriambus,
- Quincto loco semper habet iãbum, sexto uero spondeum
- Ceteris omnibus cum senario iambico consentit.

Anapæſticum dimetrum acatalectum, conſtat
- Quattuor pedibus, qui fere ſunt, dactyli, uel ſpondei permiſtis anapeſtis:
- Ita tamen, vt ſecundo & quarto loco abſit dactylus.
- Secundus pes dictionem terminat, qui frequentiſſime eſt ſpondeus.

Glyconicum carmen, cõſtat
- Spondeo, & duobus dactylis.
- Quo interdum Seneca choros ſcribit.

Aſclepiadeum carmen, cõſtat
- Spondeo, duobus ſchoriambis, & pyrrhichio, vel ſpondeo, & dactylo, & ſyllaba longa.
- Deinde duobus dactylis.

Phaleucium carmen, cõſtat
- Quinque pedibus, ſcilicet, ſpondeo, & dactylo:
- Deinde tribus choreis.

Verſus Sapphicus quinque pedes hoc ordine admittit;
- Choreum ſpondeum, dactylum: deinde duos choreos:
- Tertio cuique carmini fere nectitur Adonicus, qui ex dactylo, & ſpondeo conſtat.

De carminum dimenſione.

Verſus metimur pedibus: quibus metiendis, prodeſt cognitio
- Syllabæ communis, neceſſitatis metricæ,
- Licentiæ poeticæ, & figurarum.

Epiſynalephe, quę & ſynecphoneſis, & ſyneresis appellatur, eſt
- Syllaba una ex duabus facta.
- Contrahuntur in unã:
  - e, & a, alucaria
  - e, & o, alueo
  - ij duplex, denarijs.

Idem accidit in genitiuis, Oilei, Achillei, & datiuis, ablatiuiſque, Tereo, Typhœo, & ſimilibus, & in accuſatiuo Tiphœa. In quibus cõtrahendis, auctoritate opus eſt.

At horum, cui, huic, dij, dijs, ij, ijdem, ijſdem, uſque adeo, omnibus uti licet.

Item aduerbiorum, deinde, dein, deinceps, dehinc, & verbi deeſt, deerat, deerit, deerunt, deeſſe: & eorum,

quæ

quæ ex semi, componuntur; ut, semihomo, &c.

Huc etiam spectat, anteambulo, antehac, anteit, &c.

Synalœphe est, cum	Vocalis, aut Diphthongus	Præcedentis dictionis, a sequenti excipitur.

At uero O, & Heu, sequente uocali, aut diphthongo integræ manent.

Appendices.

1 Interdum, nec uocalis, nec diphthongus, ut supra est dictum, sequẽte uocali, excipitur. Id quod multo rarius accidit, si vocalis breuis sit.

2 Interdũ synalœpha locũ habet in diuersis carminibus cum ultima uocalis præcedentis, excipitur a subsequenti.

Ecthlipsis, cum M, litera simul cũ uocali eliditur propter sequentem vocalem.

Appendices.

1 Prisci, M, literam cum uocali seruabant.

2 Habet etiam locum in diuersis carminibus.

3 Prisci Poetæ, s, literam passim elidebant, & si uocales concurrebant, prior excipiebatur a posteriore. Apud posteros rarissime.

Diæresis, siue dialysis, cum syllaba una in duas diuiditur; ut,	Aurai, pro auræ. Syluæ, trisyllabum, Euoluam, dissoluo.

Systole est, cum, aut	Syllaba natura longa corripitur, Aut positione longa, sed altera consonante extrita; ut, abici, pro abijci.

Ectasis, siue Diastole, est cum, aut	Syllaba natura breuis simpliciter producitur: Aut, cum eadem consonans geminatur; ut, relliquiæ: Aut I, & V, vocales, in consonantes mutantur; ut, ariete, dactylus.

De cæsura.

Si pedes in uersu, maxime heroico, singulis uerbis constent, ineptum fit carmen.

Contra, si mutuo concidantur; ita ut mutuo pedes alij ex alijs pendeant.

Syllaba quæ ex dictione cæditur,ac poſt quemuis pedem relinquitur, dicitur cæſura.

Cuius eſt tanta uis, ut ſyllaba breuis, eius beneficio, fiat longa.

Verum,anapæſtici verſus optimi putantur,ſi ex ſingulis fiant uerbis: qui tamen pauci ſunt.

Nec te fugiat, anapęſticum verſum nonnunquam anapęſtum habere nullum.

De pentemimeri, & hephthemimeri.

Veteres grammatici verſum heroicum in quattuor partes ſecãt, quas ſectiones vocant

- Pentemimerim, latine ſemiquinaria: quæ trochaica dicitur; quæ poſt duos pedes habet trocheum, qui dictionem finit.
- Hephthemimerim, latine ſemiſeptenaria, quæ continet tres pedes, & ſyllabam, quæ dictionem finit; quam ſi ſequantur duæ ſyllabæ breues, fit ſemiſeptenaria, quæ dicitur bucolica, ſeu tetrapodia.

Appendix.

Verſus,qui heroico nomine digni cenſentur: modo habẽt unã cæſuram,ſ.ſemiquinariã: modo duas,ſcilicet trochaicam,& ſemiſeptenariam:modo tres,addita bucolica.

De verbis poeticis, ſeu de patronymicis nominibus, quibus potiſſimum poetæ vtuntur.

Patronymica vocãtur nomina, quod a patrum, maiorumque nominibus facta, ſignificent, aut
- Filium,filiam,
- Nepotem, neptem,
- Ex poſteris aliquem.

Hæc fere a nominibus græcis fiunt.

Quæ deſinũt, vel in
- Des, quæ ſunt maſculina primæ declinationis.
- As, Is, Ne. Quæ ſunt fœminina tertiæ declinationis,ſed quæ in Ne,ſunt ſecundæ Græcorum.

Appendices.

1 Patronymica non ſolum fiunt a patribus,auis, aliiſq; maio-

maioribus,sed etiã a matribus; ut,Iliades,ideſt Romulus.

Item,a fratribus,Phoronis,Io,Phoronei ſoror.

Itẽ,a regibus,& cõditoribus;ut,Romulidę,Dardanidę.

2 Multa fiunt a regionibus, urbibus, fontibus,montibus, alijſque rebus.

Quę formam habent patronymicam, ſed re uera ſunt gentilia,aut pro poſſeſſiuis adiectiuiſque nominibus ponuntur; vt, Sicelis,Italis,Pegaſis,&c.

Patronymica maſculina quomodo formentur.

Praceptum I.

Nomina finita in { A,aſſumunt Des; ut, Ilia, Iliades. / As,aſſumunt De ante s; ut,Æneas,Æneades.

Exceptio, finita in { A, aliquando A, in I, mutant; ut, Philyra, Philyrides. / As,interdum I,ante A, aſſumũt; ut,Amyntas, Amyntiades.

Praceptum II.

Finita in { Es,mutant es, in ades; Hippotes, Hippotades. / Hęc,ſępe I,ante A,admittũt;Laertes, Laertiades.

Praceptum III.

Nomina ſecũdæ declinationis, in us finita, in genitiuo aſſumũt Des, penultima breui; ut, Priamides, a Priamo.

Exceptiones.

1 Nonnulla penultimam habent longam; ut, Belides, Amphiaraides.

2 Interdũ,ante ſyllabam Des, A,literam recipiunt,maxime,quæ in ius,exeunt; ut, Battus,Battiades: Nauplius, Naupliades: Theſtius,Theſtij,Theſtiades,poſteriꝰ I,in A, mutato. Iapetionides ab Iapeto,longe a regula receſſit.

Praceptum IIII.

Genitiuus nominũ in eus, aſſumit Des, penultima longa. E,enim,& I, vocales, in I,longũ, uel ei,diphthongũ cõtrahunt: uel ει, more Græcorũ, vt a multis ſcribitur; ut, Atrei, Atrides,ſeu Atreides, & multa alia.

Hæc rarius, A, ante Des, habent; ut, Otriades.

Praceptum V.

Si ſint nomina tertiæ, fiũt a datiuo, addita Des; ut, Agenori, Agenorides.

At finita in As, quorum genitiuus in Antis, petunt A, ante Des; ut, Abanti, Abantiades.

Eodē fere modo formantur, quæ a nominibus in On, fiunt; vt, Telamon, Telamoni, Thelamoniades.

At a Scipione, Scipiades.

Patronymica fœminina unde formentur.

Præceptum I.

Patronymica fœminina, quæ in As, & Is, exeunt, fiunt a masculinis, De, sublata; vt,
- Ætiades, Ætias.
- Phaetontiades, Phaetontias.
- Tantalides, Tantalis.
- Dardanides, Dardanis.

Appendices.

1 Quędam, tum in As, tum in Is, exeunt; ut, Æetias, & Æetis.

2 Fęminina, quæ a masculinis fiunt, penultima longa, in Eis, desinunt, soluta diphthongo, atque e, breui, in longum verso; vt, Æneides, Æneis, Æneidos: Theseides, Theseis: nonnumquam tamen ultima manet breuis.

Præceptum II.

Ne, finita a genitiuo fiunt, addita Ne, penultima longa; vt, Neptunus, Neptuni, Neptunine. E, & I, mutatis in I, longum.

Quod si primigenium I, ante os, habeat, mutabitur os, in one, penultima producta; ut, Acrisios, Acrisione.

Appendix.

A muliebri Acrisione, Ouid. finxit virile, Acrisioniades.

De Metaplasmo.

Proprium itidem Poetarum est, uerbis aliquid addere, vel detrahere.

Quod in soluta oratione est uitium, qui Barbarismus nominatur, in carmine uero, Metaplasmus.

Datur enim venia Poetis, quia plerunque coguntur metro seruire.

Metaplasmus dicitur, quod uetus uerborum forma, uel necessitate metri, uel ornandi poematis caussa, in nouam figuram sermonis mutetur.

Cuius species sunt istæ.

Prothesis, cum litera, vel syllaba principio dictionis additur; vt, gnatus, pro natus: tetulissem, pro tulissem.

Epenthesis, cum medio dictionis, litera, aut syllaba interijcitur; ut, relliquias, pro reliquias: Mauors, pro Mars.

Paragoge, seu proparalepsis, cum postremę syllabę aliquid adijcitur; ut, deludier, pro deludi.

Aphæresis, cum litera, uel syllaba principio detrahitur; vt, ruo, pro eruo: temno, pro contemno.

Syncope, cum litera, uel syllaba e medio dictionis subtrahitur; vt, gubernaclo, pro gubernaculo: uixet, pro uixisset: extinxem, pro extinxissem.

Apocope, fini aliquid detrahit; vt, tuguri, pro tugurij: oti, pro otij.

Antithesis, est literæ commutatio; vt, olli, pro illi.

Metathesis, est literarum ordo immutatus; ut, Thymbre, pro Thymber.

Sũt etiã metaplasmi species synalœphe, episynalęphe, diæresis, ecthlipsis, sistole, diastole, de q.b. supra dictũ est.

De Prosodia.

Græci Prosodias, Latini Accentus, tenores, & tonos uocant.

Accentus rector est, ac moderator pronunciationis.

Eo enim uox, uel { Attollitur, acuto. / Deijcitur, graui. / Partim attollitur, partim deijcitur, } circumflexo.

Accentus sunt tres. { Acutus, / Grauis, / Circũflexus. } Eorum notæ sunt, ´ ` ^

Locus. { Acutus, in ultima, uel antepenultima. / Circumflexus in penultima tantum. / Grauis, vbi uterque abest. }

Præcepta de Prosodia.

1 Nullius verbi latini ultima acuitur, aut circũflectitur: licet, ad distinguendum dictiones, ultima graui notetur.

2 Monosyllaba natura breuis, aut sola positione longa, acuitur; ut, at, fax, dux.

3 Monosyllaba natura longa, positione simul, & natura flectitur; ut, mos, ros, lux.

4 In dissyllabis, prior natura longa, aut positione simul & natura, flectitur, modo posterior sit breuis; ut, cæcus, æstus, matris, alioquin acuitur; vt, æstas, arma, furor.

5 In polysyllabis, semper obseruāda est penultima, quæ flectitur, si longa fuerit natura, aut natura simul & positione, modo ultima sit breuis; ut, amicus, affligit, aratrum, alioquin acuitur; ut, Romanos, uictores.

6 In polysyllabis semper acuitur antepenultima, si penultima sit breuis; ut, dominus, areopagus.

7 Præpositiones suis casibus præpositæ, uno eodemq; tenore simul cum ipsis efferuntur ac si una esset uox; ut, per forum: ab eo: præter morem.

De Græcis verbis.

Verba plane græca, græco accentu pronunciātur; ut, paralipomenon, penultima acuta: lithostrotos, acuta ante penultima: Kyrie, eadem acuta. Eleison verbum est quattuor syllabarum, cuius antepenultima acuitur: & cum in ipsis libris uocalis e, in Kyrie, non elidatur, pronuntiantur, ut duæ integræ dictiones.

De Hebraicis vocibus.

Quæ hebræa omnino sunt; ut, Amen, Cherubim, tono hebræo pronuntiantur, extrema acuta.

Excipe, Abel, Cain, Noe, & quæ in Ezer, Sedech, Melec, & Ai, exeunt, & alia multa huius classis, quæ penultima acuta pronuntiantur.

Quæ a Græcis & Hebræis ad Latinos defecerunt, latinorum norma metienda sunt; vt, idolum, media inflexa.

Sara, a Latinis, priore acuta effertur, quia declinatur, ut Musa, licet ab Hebræis posterior acuatur. Sed hæc hactenus.

Finis Compendioli Libri Tertij.

COMMVNES SYNTAXIS REGVLAE,

EX VARIIS AVCTORIBVS COLLECTÆ.

QVONIAM, tunc bene quæuis ars a Præceptore traditur,& a Discipulo recte percipitur, cũ prius communia explicantur, ac ediscuntur præcepta; propterea volui has cõmunes ex varijs scriptoribus constructionis collectas regulas,huic compendiolo adijcere, ut pueri eas facile cognoscere, atque memoriæ mandare possint: quod si fecerint, omnem fere construendi rationem facile possidebũt: & præsertim, si eum ordinem, quo eas tradimus, diligenter animaduerterint.

Cum itaque humanus sermo, quo ad res explicandas utimur,res ipsas sequi debeat; ideo in his regulis afferen dis rerum sequemur ordinem.

Res itaque,de qua habetur sermo,vel est,uel nascitur, aut desinit esse,& hæc ponitur in nominatiuo; vt, homo est, nascitur,moritur, &c.

Postquam res est, uel agit, aut quasi agit; ut, legit, arat, sedet, indiget: vel patitur,aut quasi patitur, & afficitur; vt, amatur, uapulat, verberatur,lætatur,&c.

Res quæ agit, vel quasi agit, ponitur in nominatiuo; vt,homo legit, sedet,indiget, fruitur. Id uero, quod efficit,seu id,in quod terminatur actio rei agentis, uniuersè loquendo, ponitur in accusatiuo; vt, legit lectionem, arat terram,sequitur Christum, viuit vitam.

Id,quod patitur, vel quasi patitur,in nominatiuo; ut, discipulus docetur,uapulat, gaudet, tristatur,&c.

Id,a quo aliquis patitur,in ablatiuo; vt, docetur,vapulat, a magistro: gaudet,& lætatur studijs, & ob studia.

Cum

Cum res agit, multa intercedunt: vt caussæ, quæ sunt quattuor, materia, forma, efficiens, & finis: instrumenta, modus, quo res fit, locus, tẽpus, mensura, excessus, possessor, is, cui fit, &c. quarum rerũ constructio cõis hęc est.

Materia ex qua res fit, & constat, ponitur in ablatiuo & fere cum præpositione, de, e, ex; ut, domus ex lapidibus, de marmore: scamnum ex ligno: homo constat corpore & animo, &c. Materia in quam res mutatur, aut inducitur, ponitur in accusatiuo cum præpositione in; vt, conuersus in taurum: desinit in piscem. Materia in qua qui agit, uersatur in ablatiuo cum in, vel de; vt, uersor in grammatica, ago de grammatica, & tracto grammaticam.

Forma, est a qua res accipit nomen; ut, homo albus ab albedine, sanctus a sanctitate, &c. quæ ponitur in ablatiuo sine præpositione; ut, homo, pietate ornatus: uir bono animo, optimo ingenio: domus quadrata figura. Interdum in genetiuo; ut, puer bonæ indolis: homo integer animi. Huc pertinent attributa laudis, uel uituperij; vt, uir gloria illustris, fama celebris, insignis pietate.

Caussa efficiẽs, seu effectiua, est illa, ob quam, vel propter quam effectus producitur. Quæ ponitur in ablatiuo sine prępositione, vel in accusatiuo cum præpositione ob, & propter; vt, gaudeo literis, ob literas: taceo ob pudorem, lætor bono nuntio, resonãt arbusta cicadis: & præ dolore pereo. Huc pertinet caussa iuuans, seu mouens ad agẽdum, quæ in ablatiuo ponitur; vt, quibus præsidiis, quo auctore fecisti? Similiter caussa per quam aliquid fit; quæ ponitur in accusatiuo cum per; vt, per seruos egi: per quos res acta est.

Finis, est id, cuius gratia aliquid fit; vel id, quo refertur aliquid; vt, potionis sumptio, in sanitatem. Finis ponitur in genetiuo, cum hac particula, caussa, vel gratia, & ergo; vt, sapientiæ caussa studeo: pacis gratia bellum geritur: & cum particula ut, aliquo sequente uerbo: laboro, ut sapientiam comparem. Ponitur etiam in accusatiuo cum præpositione in, propter, & ad; vt, propter tuam salutem huc venit: in hæc fędera ueni, &c.

Instrumentum, est id, quo aliquid fit; vt manibus, uas,

calamo

calamo literæ. Ponitur in ablatiuo ſine præpoſitione; vt, pedibus ambulo, ſcindo cultello, oculis cerno, &c.

Modus, quo agens operatur, eſt ueluti adiectiuum verbi, ratio nimirũ, qua res fit, bene, male, celeriter, ęgre, &c. Modus quo res fit, ponitur in ablatiuo; vt, currit magno impetu, magna celeritate perfecit, & per aduerbium, celeriter. Additur interdum præpoſitio; ut, magna cũ celeritate peregit. Huc referres id, quod eſt quaſi modus, ſeu id, quod rem comitatur; ut, redi domum cum febri.

Tempus continuum, quod exprimitur per quandiu, ponitur in accuſatiuo, rarius in ablatiuo; ut, vixit ſex annos, legit tres horas: & cum præpoſitione per, & in; ut, per annum, in menſes, &c. At uero tempus non continuum, quod exprimitur per quando, in ablatiuo; ut, anno elapſo mortuus eſt: legam hora tertia: aliquãdo cum præpoſitione de; ut, de nocte ſurgit.

Locus, vniuerſe loquendo, ponitur in eo caſu, quem requirit præpoſitio, quam ſecum vulgaris ſermo affert; vt, ſum in foro, diſcedo a foro, vado, tranſeo in, per forum, ad, vſque, verſus forum: ſum in Italia, diſcedo ex Italia, tranſeo per Italiam, vado in, vſque, verſus Italiam. Sed nomina minorum locorum, ſi ſignificetur ſtatus, ſi ſint primæ, vel ſecundæ declinationis numeri ſingularis, ponuntur in genitiuo, ſi pluraliter declinentur, vel ſint tertiæ in ablatiuo: quibus adde, domi, militiæ, belli, humi. Si ſignificetur motus de, ad locum, eodem caſu, ut alia efferuntur, ſed ſine præpoſitione, ſi motus per locum in ablatiuo ſine præpoſitione.

Spatium, ſiue loci diſtantia, ponitur in accuſatiuo; ut, decem paſſus proceſſit: a te pedem diſceſsit.

Latitudo etiam ponitur in accuſatiuo; ut, ager patet ducentos paſſus, &c. interdum etiam in ablatiuo.

Rei menſura ponitur in accuſatiuo; ut, domus alta centum palmos: lata viginti pedes.

Rei exceſſus, in ablatiuo; ut, te ſapientia anteeo: lepore & facetijs te ſuperat, &c.

Rei pretium in ablatiuo; vt, frumentum venditur tribus numis aureis: exceptis genitiuis, tanti, quanti, pluris, minoris, &c.

Is,

Is, cuius caussa res fit, in genitiuo, cum hac particula, caussa; vt, caussa Francisci hoc ago: &, tua caussa, dicimus: & in ablatiuo, cum præpositione, pro; ut, pro te dico, &c.

Is cui res fit, cui in utilitatem, commoditatem, & laudem cedit, ponitur in datiuo; ut, mihi filium doces: mihi aras: tibi erit honori: illi detrimento.

Is, cui aliquid obuenit, accidit, &c. in datiuo; vt, mihi illud accidit: tibi succesfsit: illi occurrit, &c.

Is, qui rem possidet, in genitiuo; ut, domus Pompei, & Pompeiana, &c.

Is cuius refert, & interest, in genitiuo; ut, hoc interest Petri: exceptis ablatiuis, mea, tua, sua, nostra, & uestra.

Is vero ad quē spectat, & attinet, in accusatiuo, cum ad; ut, ad Franciscum attinet, &c.

Is, quem pęnitet, miseret, piget, & pudet, in accusatiuo: res uero cuius pœnitet, in genitiuo; vt, me pęnitet erroris: me tædet laboris, & laborare.

Is, vel id, a quo res separatur, remouetur, & accipitur, in ablatiuo, cum præpositione; vt, accepi ab illo: abduxit a patre: didicit a præceptore, &c.

Eius, qui agit crimen, culpa, & pęna, in ablatiuo, & genitiuo; ut, accusatus negligentiæ: damnatus capite, &c.

REGVLAE COMMVNES de verborum constructione.

Verba interdum sine vllo casu absolute ponuntur; vt, dicunt, legitur, statur: & maxime, quæ corporis motum, actumque significant; ut, ambulo, iaceo, gradior, &c. & quæ naturæ operationem; vt, ningit, tonat, &c.

Verbum potest habere post se omnes casus excepto vocatiuo.

Verbum finiti modi petit ante se nominatiuum, cum quo conuenit in numero, & persona: vel aliquid loco nominatiui, vt infinitum, vel integram orationem; vt, ego lego literas: legere, mihi placet.

Verbum infiniti modi petit ante se accusatiuum; vt, gaudeo,

gaudeo te ſtudere literis: te amare Deum,&c.

Verbum imperſonale paſſiue ſignificationis, petit ante ſe ablatiuum, cum præpoſitione; vt, a Petro ſeruitur Deo: a Deo benefit hominibus, &c.

Quoduis uerbum plures caſus poſt ſe habere poteſt: vt caſum rei quæ fit,inſtrumenti, & modi; ut, ſcindo panem cultello, cum celeritate,&c.

Quoduis uerbum poteſt recipere caſum cum ſua præpoſitione; vt, ſum in foro: ſedeo in ſcāno: & ablatiuum abſolutum; vt, feci,te auctore.

Verbum compoſitum poteſt recipere caſum,quem petit propoſitio ex qua componitur; ut,adrepere ad amicitiam: inferre pedem in ædes.

Verba, quæ habent eandem ſignificationem, habent eandem conſtructionem; ut, do tibi, largior tibi.

Quem caſum requirit ſimplex uerbum,requirit etiam eius circuitio; ut, optilor tibi: opem tibi fero.

Verba, quæ habent contrariam ſignificationem, habent eandem conſtructionem; ut, egeo, abundo: obedio, aduerſor.

Cum verbum mutat ſignificationem,mutat etiam fere conſtructionem; vt, ſtudeo literis: hoc unum ſtudeo: quam ob cauſſam uerbum abſolutum, fit tranſitiuum; ut, Corydon ardebat Alexim.

Idem uerbum in eadem ſignificatione admittit interdum varios caſus; vt, ſcribo tibi, & ad te: moneo te huius rei, de hac re, & hanc rem.

Quoduis verbum poteſt habere poſt ſe accuſatiuum ſubſtantiui cognatæ ſignificationis, uel a ſe deriuati; vt, viuo uitam, ludo ludum, ſeruio ſeruitutem.

Qui caſus,præter accuſatiuū,tribuuntur uerbo actiuo, uerbo paſſiuo tribui poſſunt.

Verba communia actiuorum, & paſſiuorum more conſtruuntur; vt, largior tibi librū, liber largirur a me tibi.

Neutra,& deponentia eoſdem ordines, & eandem fere conſtructionis rationem habent.

Verba compoſita ab his præpoſitionibus, ad, con, in, inter, ob, præ, ſub, & compoſita a uerbo, ſum, fere datiuum petunt.

Quem

Quem casum petit modus indicatiuus, etiam alii modi, & gerundia, participia, & supina; ac propterea vno eodemque tempore per regulam communem doceri possunt. Vt, amo Deum, amare Deum, amandi, amatum, & amans Deum.

Cum duo verba sine copula simul ponuntur, alterum fere in infinitiuo collocatur; vt, placet studere, incipio dicere, &c.

Omnia uerba possunt habere similes casus, quando casus ad unam & eandem rem pertinẽt; vt verba absoluta, quæ esse, aut fieri, motum, gestumque corporis significant, & quę vocatiua nominantur; vt, sum bonus, ambulo rectus, vocor Ludouicus, habeor doctus.

Varia constructio transfert unum verbum ab uno genere in aliud; vt neutrum in actiuum, & ab uno ordine in alium ordinem.

REGVLAE COMMVNES de constructione nominis.

Duo substantiua eandem rem significantia, in eodem ponuntur casu; ut, M. Tullius, Cicero.

Si res diuersas significent, alterum ponitur in nominatiuo, si iugantur particula copulatiua: sin aliter, in genitiuo; vt, caussa doloris, uita, & mors.

Adiectiuum, cum substantiuo conuenit genere, numero, & casu; vt, uir bonus: mulier sancta. At uero relatiuum cum antecedente, genere & numero.

Adiectiua substantiue posita, genitiuum petunt; vt, hoc uitij, aliquid literarum, illud negotij.

Quæ habent eandem significationem, petunt eosdem casus; vt, vacuus, inanis: doctus, eruditus.

Quæ habent contrariam significationem eosdem requirunt casus; vt, egens, abundans lactis: aptus, ineptus alicui rei, & ad aliquam rem.

Quem casum petit nominatiuus, petunt etiam casus obliqui: & quem nomen singulare, etiam plurale.

Quem

Quem caſum requirit poſitiuum, etiam comparatiuum, & ſuperlatiuum.

Quem caſum petunt nomina, etiam aduerbia ab eis nata; vt, ſimilis illis, ſimiliter illi.

Genitiuum requirunt nomina adiectiua ſignificantia ſcientiam; ut, doctus iuris: communionem; ut, particeps omnium: certitudinem, memoriam, deſiderium, & timorem, & his contraria.

Item, terminata in ax, ius, idus, & oſus: uerbalia, quæ actiue ſignificant; ut, conſultus iuris: participia facta nomina; vt, fugitans litium, amans tui, &c.

Item, partitiue poſita; ut, uterque noſtrum: nomina numeralia, & ſuperlatiua, quæ regunt genitiuum pluralem, uel ſingularem nominis collectiui.

Genitiuum, vel datiuum, quæ ſimilitudinem, propinquitatem, & contrarietatem; ut, aduerſus &c. ac etiam communis, & proprius.

Genitiuum, uel ablatiuum, quæ copiam & ægeſtatem, & attributa laudis, & uituperij; ut, perfrictæ frontis, & fronte.

Datiuum nomina, quibus ſignificatur commodum, vtilitas, fauor, æqualitas, fidelitas, gratia, & his contraria: & uerbalia in bilis, & in dus, paſſiuæ ſignificationis, & opus, cum ſubſtantiue ponitur.

Datiuum, uel accuſatiuum, cum præpoſitione, quæ aptitudinem deſignant; ut, aptus, natus, factus, idoneus ſtudijs, & ad ſtudia.

Accuſatiuum, vel ablatiuum, nomina quibus deſignatur menſura & ſpatium; vt, altus, longus, &c.

Ablatiuum, quæ plenitudinem, ornamentum, potentiam, diuerſitatem, dignitatemque ſignificant: ſed quæ diuerſitatem, & uacuitatem deſignant, etiam prępoſitionem deſiderãt, ſicuti numeralia ordinis; vt, diuerſus, primus ab illo, &c. & cõparatiua; vt, doctior te, & quam tu.

Et hę ſunt communes de nominum & uerborum conſtructione regulæ, quas adnotare uolui. Quod autem ad conſtructionem aliarum partium orationis attinet, cum potius uſu, quam aliqua communi regula opus ſit, nihil ſcribendum duxi.

Atque

Atque hic eſt unus communis ſtruendæ orationis modus, cui, ſi per tempus licuiſſet, addidiſſe ſecundum, per uerborum genera, & tertium per uerborum ſignificationem.

Hac itaque ratione, & facile, & breui tempore, congrue loquendi ars, tradi poſſet, ſi primum per regulas communes, deinde, per verborum genera, ac tandem per verborum ſignificationes traderetur. Cæterum hoc loco nobis ſatis fuit communes attuliſſe regulas, per quas omnem recte conſtruendi rationem facile cognoſcere licet: ex quibus ſtudioſus puer, ſi eas cognitas & tractatas habuerit, maximam certe vtilitatem capiet.

FINIS.



ORTHOGRAPHIAE ALDI MANNVCCII PAVLLI F. ALDI N.

COMPENDIOLVM,

VT

Puerilibus Scholis vſui eſſe poſſit, confectum: Vna cum Virorum doctiſſimorum Annotationibus.

ORTHOGRAPHIÆ ALDI EPIT.

A

A pro ab, & E, pro ex, & O, ſine accentu ſcriberem, ex antiqua conſuetudine, & ex Quintiliani auctoritate. Nihilo etiam magis, ſi accentum addas, quid ſignificet oſtendas. Inſigniuntur tamen iſta vulgo accentibus, à è ò: fortaſſis ut euidentius ab ijs uocibus quibus interiecta ſunt, diſtinguantur. Ita, & Aduerbia quædam, Certò, Liquidò, Profectò: item, amabò. Quod etiam Priſciano placuiſſe uidetur, vt partium orationis diſcrimen hoc modo indicetur. Sed multo melior auctor Fabius, hoc fieri oportere negat: quia nulla latina dictio multarum ſyllabarum, habeat acutum tonum in ultima, quod Græci nominant ὀξύτονον. Non ergo oportet inculcari differentiæ cauſſa id, quod in natura ſermonis non eſt, vel quod huic potius contrarium eſt: vide infra dictione, Pœne. Quòd, & quàm, ne pronomina uiderentur, interdum apice ſupraſcripto notari, doctis quibuſdam placuit.

Abijcio, Adijcio, & Obijcio, duplici ij: cum ſint a ver-

bo Iacio: & A, littera conuertatur in I. Idemque in præterito mutetur in E: abiecit, adiecit, obiecit, reiecit: vt etiam, Afficio, Conficio, Officio, Reficio, quæ ſunt a uerbo facio, mutant I, in E, affecit, confecit, offecit, refecit. Verbum iſtud, non Icio, ſed Iacio eſt: & præteritum non Icit, ſed Iecit: inquit Gellius Lib.IV. cap.XVII.

Abundare, non habundare.

Accenſus, non adcenſus.

Accerſo, ere, euocare eſt.

Arceſſo, ere, accuſare, ab Arceo: Sicut Faceſſo a facio, capeſſo a capio, laceſſo a lacio, inceſſo ab incedo.

Actium, cum ct, promontorium Epiri. ἀκτὴ, ideſt, ſecretum & amœnum litus. ἀκταῖος litoralis, Atticus. Nam & Attica, antiquitus Acte uocata fuit, teſte Plinio. Virg. Aeneid. 7.

At procul in ſola ſecreta Troades acta,
Amiſſum Anchiſen flebant.

Adoleſcens, non Aduleſcens: vtpote ab oleſcendo, ideſt creſcendo: Vnde, & Indoles, & Adultæ: vide infra, Soboles.

Adſciſco, non Aſciſco: alioqui ſecunda littera præpoſitionis Ad, periret: quæ in compoſitione uel remanet, uel immutatur. remanet in Adaugeo, Adhæreo, Adduco, Adhibeo, Adſcribo: mutatur in Affluo, Affirmo, Afficio, Appropero, Allicio, Attero, & ſimilibus. Aſcenſu tamen, abſque D, littera legitur.

Æditimus, an Æditiuus, ſcribendum ſit, nondum ſatis liquet. A. Gellius. lib. XII. cap. X. a tuendis ædibus nomen deriuat: qui M. Varronem ſenſiſſe dicit, magis ędi timum ſcribi oportere, quam æditiuum: quod alterum (æditiuus) ſit recenti nouitate fictum: alterum (æditimus) antiqua origine incorruptum.

ÆMILIVS, cum I, non cum Y: quamquam Græcis eſt, αἱμύλιος blandus.

Ærumna cum æ, a Græco αἴρειν, vel quod mærorem minuat, aut per ſolum e, quod mentem eruat.

Ætherius αἰθέριος, non Æthereus, ſicut Ærius.

Æuum, quia αἰών.

AFRI-

AFRICA, non APHRICA, Nam illud ἄνευ φρίκης futile est.

Aggredior, Afficio, Affinis, Affum, & similia ob pronunciandi suauitatem placent, mutata secunda littera præpositionis: etenim ueteres etiam ipsos multum auribus tribuisse uideo: ideoque dicebant, Aufugit, Aufer, non Absfugit, Absfer: & Ignoti, Ignaui, Ignari, non Innoti, Innaui, Innari: ut ait Cicero in Oratore.

AGRAGENTVM, non AGRIGENTVM, Græce ἀκράγαντος. vrbs Siciliæ. Plinius quoque Agragantium bitumen, dixit, lib. III. cap. IIX. & Virg. Aen. lib. III. Arduus inde Agragas ostendit maxima longe.

AHENOBARBVS, non ÆNOBARBVS, Domitiorum cognomen.

ALIA, flumen, unde pugna Aliensis, vnica L, scribi oportere existimauit Seruius super illud Virgilij Aen. 7. Quosque secans infaustum interluit Allia nomen. Sed poetam metri causa alterā LL, addere, vt in Relliquijs, Relligio. Id vero pluribus, propter exempla multa similia, in quibus geminatur L L, non placet.

Alica, sine adspiratione, species frumenti: quod alat corpus.

Alitus, melius dicitur (inquit Diomedes) quam Altus, ab Alor, uitandæ ambiguitatis gratia. Altus, est in oratione pro Plancio, & Alta, in Bruto Ciceronis pro Alitus & Alita.

Allectus, non Adlectus, aurium iudicium secutus.

Alucinor, libenter scribo, ductus auctoritate Festi, & vnica L: & placet Etymologia, dictum esse; quasi a luce aberro.

Amfractus, verius quam Anfractus.

Anceps, Ancisus, Anquiro.

Amœnus, per Oe. Seruius Aeneid. lib. I. Amœna, inquit, quasi Amunia, hoc est sine fructu.

ANNAEVS, cum AE, familia in Hispania, e qua Lucanus poeta, & duo Senecæ.

Antlare, Festus dicit, a Græco ἀντλῶ. deductum non Anclare: Itemque, Exantlare (quod & in Plauto legitur) hoc est, exhaurire.

Anulus unica N, ex antiqua consuetudine, cum qua uidetur consentire Etymologia, cum deducatur ab Ano, quasi Anulus sit paruus Anus. nam a Græco deduci non placet. Alij, ab Anno deriuatum putant, quod in se redeat, vt Annus: ex quo duplici N N scribendum affirmant. Ego & antiquitatem sequor, & veriorem, ut arbitro, Etymologiam.

APENNINVS, mons, qui uniuersam Italiam dispescit, vnica P, & duplici N N. Alij scribunt Apęninusque Alpes Pęnorum, per quas Hannibal sibi arte & vi viam primus fecit.

APOLLO, vnica P, & duplici L L. (Ἀπόλλων.)

APVLLA, & APVLVS, vnica P. Apulia primam syllabam modo corripit, modo producit, secundam vero semper producit, ut ex Horatij versibus liquet, Græcique Ἀπουλία scribunt. In Apulus autem semper producitur prima, corripitur secunda, ut idem Horatius, præterea Lucanus, Martialisque ostendunt.

Arena, sine adspiratione, ut deducatur ab Ariditate: id quod magis placet Seruio. Harena ab Hærendo: quod magis probatur Carisio Grammatico.

Arista, etiam sine adspiratione, ab Ariditate.

Artus, nō arctus, a, um, scriptū uideo in antiquissimis libris.

Assiduus, non Adsiduus, siue ab assibus facto, seu cum ad, composito nomine.

Attuli, non Adtuli, & similia, aurium sensu comprobante.

Auctor, & Auctoritas, cum C T, ab Auquo: alijs placuit scribi Autor, vel ab aueo, aui, autum. vnde deduxit Rodolphus Agricola: uel ab αὐτός, estq; generis communis. Ouid. Fast. v. Optima tu, proprij nominis autor eris.

Aula, simplici L, vnde Olla, ne quis putet gemina L L, scribendum vt Paulla, Polla, de quo suo loco.

Aurifex, & Aurufex, cognatione litterarum I, & V, vt in Optumus, pro Optimus, & similibus.

B

BÆTICA, prouincia, cum AE, & sine adspiratione.

BALIARES, & BALIARICVS, scribendum

per

per I, non per E, Græci quoque Βαλεαρίδες.

Balneum, siue Balineum: Vtroque enim modo veteres pronunciabant.

Bellua, LL. geminata, quod ab ea Bellum deducatur.

Bibliotheca, aut Bybliotheca, non Biblyotheca: ex Græca consuetudine. Græci enim promiscuo scribunt, τὰ βιβλία & βυβλία codicilli libri ἡ βύβλος charta.

BLÆSVS, cum AE, cognomen Semproniorum.

Bracchia duplici cc. Græce tamen est βραχίων.

BRITANNIA, vnica T, & duplici NN.

BRVNDISIVM, non BRVNDVSIVM.

BRVTTII, duplici TT, Italiæ populi.

Bucina, unica C. Isidorus enim Bucina, inquit, dicta a Voce, quasi Vocina. Vulgo tamen duplici CC, scribunt, tanquam deriuatum a Bucca.

BYZACIVM, & BYZANTIVM.

C

CACHINVS, Charõ, charta, chorus, utpote Græca.

CAECILIVS, cum AE.

CAECINA, cum AE, a Cæcus.

Cælebs, per æ, quod cælo dignam agat uitam.

Cælo, las, cum scalpo significat, cum æ diphthongo.

Cælum, cum æ, libri, Virgilius Carpensis, & lapides. Quidam a cælando deducunt, quod uerbum item cum æ scribitur. Plinius, lib. 2. c. 4. Cælum haud dubie Cælati argumento diximus, vt interpretantur M. Varro. Isidorus quoque lib. XIII. c. 4. Cælum, inquit uocatum, eo quod tanquam cælatum vas, impressa lumina habeat, stellarum ueluti signa. nam, Cælatum dicitur vas, quod signis eminentioribus refulget. Præterea, Cæsium colorem, a cælo deduci, testatur A. Gellius: Cæsium autem cum æ, scribi nemo ignorat, Gellij verba sunt li. 11. c. 26. Cæsia inquit, dicta est, quæ a Grecis γλαυκῶπις, vt Nigidius ait de colore cæli, quasi cælia.

Cænum, pro limo, cum æ.

Cærimoniæ cum æ, in prima, & i, in secunda, videtur scribendum. Deductum hoc nomen, ut ait Festus, quidam

a caritate putarunt, quod absurdum est. Quid enim cærimonijs cum caritate? aut quæ omnino similitudo? Isidorus quoque, & Massurius Sabinus apud A. Gellium.lib.4. cap.9.& Macrob.lib.2. cap.3. & lib.3.cap.3. a careo deriuant. Ego, a Cærete oppido, vel potius a Cæritibus, eius opidi incolis appellatas Cærimonias puto: quod confirmat T. Liuius lib. v. & Valerius Maximus. Sunt etiam qui a cælo deriuent: quod scilicet ad cælestium honorem pertineant, ut cærimoniæ, quasi cælimoniæ, vocentur: sicuti & cæruleus, pro cæluleus, dicitur: ita patebit diphthonghi caussa. Nam cælum cum æ, scribi, iam ostendimus. Nec desunt huius generis exempla, in quibus I, non E, in secunda syllaba reperitur, ut Quærimonia, Alimonia, Parcimonia, Sanctimonia, Mercimonia. Qui simplici E, scribunt, a Cerere deducere videntur, vel ab ἱερός.

Cæruleus, cum æ, quasi Cæluleus, a cælo.

CÆSENA, vrbs Italiæ, cum æ.

CÆSIVS, cum æ.

Cæstus, cum æ: arma pugillum, Virg.Æneid.v. Seu crudo fidit pugnam committere cæstu.

CALPVRNIVS, non CALPHVRNIVS, aut CALFVRNIVS, deducitur nomen a Calpo Numæ filio.

CALIDON, cum I, non cum Y, Ætoliæ opidum: Sed est, & in ea Britanniæ parte, quam Scotiam vocant, Silua Calydonia; in quo tamen significato scribitur plerunque Caledonia, per secundam uocalem.

Camara dicitur, ut Verrius Flaccus affirmat, apud Carisium, lib.1. non camera, per E. Sed Lucretius cameraque caminis. Ex cratibus dicendo, etiam cameram dici posse, ostendit. Camera, (inquit Festus) & Camuri Boues a curuatione, ex Græco καμπή, dicuntur.

CHARTHAGINIENSIS, non CARTHAGINENSIS, Chartaginis autem nomen, a Charta, deducit Seruius in Virg. lib.1.Æneid.

Carus, & Caritas, sine adspiratione.

CATVLLVS, Valeriorum cognomen, duplici L L.

CATVLVS autem, Lutatiorum cognomen, vnica L.

Cauſſa, duplici ſſ, a Caueo: vt ſit cauſa, quaſi cauiſſa.

Cedrus, ne quis contra Græcam etymologiam cum diphthongo ſcribat: Eſt enim, κέδρος.

Cella, ſine diphthongo, & duplici L L.

Celo, pro Occulto, ſine diphthongo.

Cena, ſine diphthongo: alij ſcribunt, cum AE, male omnino. nam, ſi eſſet diphthongus apponenda, eſſet potius Oe. Iſidorus enim cęnam ait vocari a cõmunione veſcentium, κοινόν quippe Græci, commune, dicunt.

Cera, ſine diphthongo: Græce, κηρὸς.

CERIALIA, non CEREALIA.

Ceſtus, ſine diphthongho (κέστος) cingulum Veneris, a Græco κεντεῖν: vnde κεστρὸν, genus teli.

Cetera, ſine diphthongo. Vulgo Cæteraq;, κἄτερα.

Circumuenio, non Circunuenio, & ſimilia.

CIVS, non TIVS, ita ſcriberem, vt pronunciatur, in deriuatis, aut a ſupinis, aut a nominibus: a ſupinis; vt Aduenticius, Ficticius, Editicius, Tranſlaticius, Impoſiticius, Inſiticius, Dediticius, Repticius, & ſimilibus: a nominibus, vt Patricius, Tribunicius, Aedilicius, Latericius, Nouicius, Compitalicius.

Cloaca, non Cluaca.

CNÆVS, prænomen, cum C, & Æ, diphthongo.

Cocus, non Coquus.

Cœpi, cum œ, pro incepi: ab antiquo verbo Cępi. Sed, Capio, facit cepi.

Collega, nõ Conlega, & ſimilia, auriũ ſenſu cõprobante.

Comiſſatio, unica M, & duplici SS, ex Feſti ſentẽtia, qui de ducit, a vicis, quos Grȩci κώμας dicũt: vnde κωμάζω. Sunt qui ſcribant, Comeſſatio: vel Commeſſatio: contra omnem antiquitatem.

Comprehendo, ſine diphthongo: Etiam contracta, Prendo, Prenſus, Prenſo, pro prehendo, prehenſus, & prehenſo, ſine diphthongo ſunt.

Concio, cum C, quaſi conuocatio: ut a verbo Conciere deductum eſſe videatur: non vero Contio.

Condemno, non condempno: De complexione conſonantium in his dictionibus emptum, contempſi, ademptum,

ptum, & ſimilibus, non eſt diſputandum, cum ſcriptura mendoſa ſit inſerta littera P.

Condicio cum C, ex antiquis libris. Eſſetne uerius conditio per T, quippe uerbale a Condo, conditũ doctis.

Coniux, ſcriberem, non coniunx, aut coiux: Nam placet deriuare a Iugo, uel a Coniugo, verbo: vt videtur ſenſiſſe Catullus: Tum Thetidi pater ipſe iugandum Pelea ſenſit. & Virg. Aeneid. 1. Cui pater intactam dederat, primiſque iugarat Ominibus.

Connubium, duplici N N, ratione compoſitionis.

Conſidero, cum I, non cum Y, quia Latinum eſt, non Græcum. Sic & deſidero, & Sidus, per I, ab inſidendo: de quibus poſtea.

Conſumo, conſumis, vnica M.

Conſummo, as, duplici M M.

Conuicium, cum C, quaſi conuocium, uel a uicis, uel fortaſſe ab utroque, ideſt, a confuſis uocibus in uicis.

Culcita, non culcitra.

Cum, cui, cur: non quum, uel quom, quoi, quur, uel quor.

Cunctari, non contari. Feſtus a Verrio diſſentiens, Percunctatio, ſcribi vult, non percontatio: quod is qui curioſe quid interrogat, per cuncta uiſit.

D

Definitio, ſcriberem libentius, quam diffinitio. Sic &, Deſignator, potius quam diſſignator.

Delectus, a uerbo deligo, ex De, & Lego: quaſi de multis lego: non dilectus. Sic &, Decerpo, quaſi de multis carpo.

Deliciæ, cum C, a Delicatus.

DELMATÆ, non DALMATÆ.

Deminuo, non diminuo, libri ueteres. At Priſciano placet, Dimminuo, a diſ.

Deſidero, cum i, non cum y, Latinum enim eſt.

Diæceſis, non Dioceſis. Græci quoque διόικησις, dicunt.

Diſſicere, verbum exulat hodie a lingua Latina, & bonorum auctorũ libris. Ego exiſtimo Diſſicere proprie idẽ valere, quod diſſecare: Nam & in alijs cõpoſitis uerbi

SECO,

SECO, E, mutatur in I: sic, Subsicinus; vulgo, succisiuus: vt horis Succisiuis, idest, παρέργῳ. nam, ita in uetustis libris perpetuo scribitur. A Disseco, cas, ergo est Dissectus vel Dissecatus, & Dissectim aduerbium, & Dissicio, idē quod disseco. Prisc. quoque XIV. Vbi de DIS, p̄positione agit, enumerat quoque Dissicio.

DOLABELLA, non DOLOBELLA, cognomen Corneliorũ. venit. n. a Dolabra, per diminutionē.

DOMITIVS, DOMITIANVS, cum T.

Dumtaxat, aduerbium, cum M.

E

Ecloga, non Egloga, aut Aegloga, a Græco ἐκλογή.

Effertus, non Ecfartus.

Epistola, nō Epistula. Nā deducitur ἐπιστολή ab ἐπιστέλλω, sicut Stola, & Apostolus ab eodem uerbo, & διαστολή.

ETRVSCVS, sine Adspiratione.

Eulogium, non Elogium, aut Eclogium. libri veteres & Græca consuetudo.

Exhodus, cum Adspiratione. Quia componitur a Græco ὁδός: nec aliter libri veteres.

Exsatio, Exsaturo, recepta S, ratione compositionis, & ueterum librorum autoritate. Nec me mouent quidam, qui in x, c, & s, litteras inesse dicunt, ideoque s, superfluũ esse contendunt. nam, in Extundo, Exhilaro, Exprimo, Exposco, & similibus, S, littera non est necessaria: cũ eorum origo sit Tundo, hilaro, promo, posco: & tamen cum in x, sit c, & s, vt ijdem dicunt s, his quoque adscribimus: in ijs autem uerbis, vbi ex compositione manifestum est s, litteram esse, x, contenti esse debemus.

Exscribo, non Excribo: est enim manifesta compositio: & quamquam s, in pronunciando non satis intelligitur, abijcienda tamen in scribendo non uidetur.

Exsilio, non Exilio recepta prima uerbi littera. nam componitur ab Ex, & Salio.

Exsoluo cum s, ratione compositionis.

Exspecto, cum s, componitur enim ab Ex, & Specto, non Pecto, quod aliud significat.

Exsto, non Exto, ab Ex & Sto.

Exstruo,

Exstruo, cum S, ab Ex, & Struo.

Exsudo, cum S.

Exsulo, cum S, Quia exul dicitur, quasi ex solo eiectus.

Exsupero, Quia componitur ab ex, & Supero.

Exsurgo, non Exurgo, & similia scribo, conseruata prima uerbi littera. Scaurus etiam idem uidetur sensisse, cum dixit sic scribendum, Exspecto, Exsulo, & similia. De his ita doctissimus quidam uir. Exsilium, & Exspes, & Exspecto, Exsequor, ac similia reperiuntur in quibusdam libris, qui sunt, vt dicam, νεοπάλαιοι & annotauit Priscianus hanc scripturam, cum quidem improbet, & est improbanda: non enim duæ geminatæ consonantes alteram consonantem sequuntur. Neque dicimus absscissus, asspicio, asspiro, disspicio, & similia. Sed aspicio, abscissus, despicio, & similiter, exul, exilium, exequor, expes, expecto, expuo, expolior, aspiro. Item alio in loco. As, sto. as, spicio. dis, spicio. sus, spiro. as, stipulor. sus, spicio. sus, scribo. sus, sterno, & similia: uera illa quidem sunt, cum habeant præpositionis, ad, mutatam consonantem, sed molliuntur proferendo, Asto, aspicio, dispicio, suspiro, astipulor, suspicio, subscribo, susterno. Sic, & in extirpo & extinguo, exto, expecto: non est cur, s, litera inseratur.

Extorris, potius quam Exterris.

F

FABRICIVS, cum C.

Fabrum, non Fabrorum, probasse Cicero videtur: Eius hæc sunt, in Oratore: Iam, vt Censoriæ Tabulæ loquuntur, Fabrum, & Procum, audeo dicere, non Fabrorum, & Procorum.

Facillimus, & Difficillimus scribo, cum gemina L L, vt producatur syllaba, quæ alioqui breuis esset: in quo me mouent exempla poetarum. Alijs placet scribi unica L: cum quibus non disputo. suum enim quisque amat: & ut in Prouerbio est, Sua cuique sponsa.

FALISCI, populi, non PHALISCI.

Fæx, cum Ae, libri ueteres.

FANNIVS, duplici N N, familia Romana.

Fecundus, ſine diphthongo. Varro: Fenerator, a fenore eſt cognominatus. Fenus autem dictum eſt a fetu, & quaſi fetura quadam pecuniæ parientis atque increſcentis.

Felix, Felicitas, ſine diphthongo. In Latinis multis, pro longis uocalibus, cœptæ fuerunt ſcribi diphthongi, ut fœlix, felix: quia ueteres ſcripſerunt feelix.

Femina, ſine diphtongo.

Fenus, & Feneror, ſine diphtongo. Sic enim uidetur ſenſiſſe Feſtus, cum hæc dixit: Fenus appellatur naturalis terræ Fetus: ob quam cauſſam & nummorũ Fetus, Fenus eſt vocatum; quod crediti nummi alios pariant; vt apud Græcos eadem res, τόκος, dicitur.

Fenum quoque pratorum ab hac cauſſa eſt appellatum; quando idipſum, manens quot annis, nouum parit. Vnde, Feſtuca, uocata eſt. Idem etiã tradit Varro. Quamquam etiam moneat, ætate ſua ab alijs cum Ae, ab alijs ſine A, ſcribi ſolitum. Gellius lib. xvi. cap. 12. Fenerator appellatus eſt, quaſi φαινερότερον, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον: quoniam id genus hominum ſpeciem oſtentent humanitatis, & commodi eſſe uideantur inopibus nummos deſiderantibus. Huius inconſtantiæ ſigna ſunt in antiquis lapidibus, & libris: cum alij, Fenus: alij, Fœnus, habeant.

FOEN, item cum Oe.

FESCENNINVS, duplici N N.

Fetiales, cum T, Græca conſuetudo.

Fetus, ſine diphthongo.

Flameus, color, unica M, Feſtus dixit flammeum colorem dictum eſſe, eo quod eo uteretur Flaminis uxor Flaminica. Flamen autem ſcribi unica M, nemo paulò humanior, neſcit.

FLAMINIVS, gentis Romanæ nomen, unica M.

Flamma, duplici mm.

Fœdare, pro Inquinare, cum Oe.

Fœdus, cum Oe.

Formoſus, non Formonſus.

Frenum, ſine diphtongo. Sic &

Fretum, quippe prima ſyllaba breui.

G

Genitrix, non Genetrix: Non enim dicimus, Genetus, ſed Genitus. Verbalia enim in Tor, Trix, Tium, Tio, Mentum, Crum, retinent pœnultimam proprij ſupini: vt, victor, victrix, ſolatium, conſolatio, teſtamentum, ſepulcrum, ſimulacrum.

Glæba, cum æ, diphthongo.

GOTHI, populi, cum Adſpiratione.

H

HADRIANVS, & HADRIA, cũ Adſpiratione.

Hædi, cum æ, ex M. Varrone.

HALICARNASSVS gemina ss. Græca conſuetudo.

HANNIBAL, cum Adſpiratione.

Hariolus, inquit Donatus in Terentium, quaſi Fariolus, a Fatis, & a fando. H, enim pro F, & item F, pro H, in multis locutionibus mutabantur. An ab halando? nam halitu ſolent excludere uelut mortalem animam, ut diuinam recipiant.

Haruſpex, cum Adſpiratione. Donati verba ſunt in Terentij Phormionem, act.4. ſc.4. Haruſpex ab Haruga, nominatur. Nam Haruga, dicitur hoſtia, ab Hara, in qua concluditur, & ſeruatur. Hara autem eſt, in qua pecora includuntur.

Haſta, cum Adſpiratione.

Haue, cum Adſpiratione. Aue autem ſine aſpiratione raro admodum ſcriptum animaduerti.

HECATE, cum Adſpiratione.

Hehe, dolentis.

Heluo, cum Adſpiratione, & vnica L. Feſtus his uerbis: Heluo dictus eſt, immoderate bona ſua conſumens, ab Eluendo. Cui adſpiratur, vt auiditas magis exprobretur: fit enim uox incitatior.

HERENNIVS, duplici NN.

Heres, & Hereditas, ſine diphthongo.

Hibernum, cum I.

HIBERVS, cum Adſpiratione.

Hiems, cum I. libri ueteres. Virgilius Carpenſis, & Etymologia,

mologia, deducitur enim ab Hiãdo, ut ait Varro. Nam, ἀπὸ τοῦ ὕειν, deduci non placet, vt quidam putant. Nequaquam uero Hiemps scribendum est.

Hilarus,a,um, cum Adspiratione, & i.

HIRTIVS, cum T.

Histrio, cum Adspiratione.

Holus, & Holera, cum Adspiratione.

Horti, cum Adspiratione.

Hulcus, non Vlcus, est enim ἕλκος.

Humillimus, gemina LL: sicut in Facillimus, & simillimus.

I

IDAEA, cum æ, scribo, expithetum matris magnæ Deum.

Idea, vero sine diphthongo, cum est id, quod mente concipimus, ἰδέα.

Iccirco, non Idcirco, scripserim libentius. Quemadmodum & Accedo, Accipio, Accommodo, Accumulo, & similia, quo lenior pronunciatio fit: contra tamen etiam inuenitur.

Illic, non Illhic.

Illustris, malo quam, Inlustris: vt Illectus, quam Inlectus: Illudo, quam Inludo. Cur enim non consulatur auribus?

Imber, sine Adspiratione. Quamuis deducatur ἀπὸ τοῦ ὕειν, Grece ὄμβρος dicitur παρὰ τὸ ὀμβρεῖν.

Immo, duplici MM. Aduerb. De litterarum duplicatione hoc sciendum. Veteres consonantibus usos esse geminatis negant. Sed cum pleniorem repetita aliqua sonum esse uellent, super consonantem apicem collocasse traduntur, quemadmodũ & productam virgulam super lõgis: vt, Populus, Alcidæ gratis. Tale, Nu-mus, Se-ra, Tibu-lus, Catu-lus: quæ sunt, Nummus, Serra, Ti bullus, Catullus. Sed postea, cum geminæ scribi cœpissent, ss, geminatum fuit sæpe in medijs syllabis, quod huius sonus in lingua Latina par esset exilis. Hinc est Caussa, Aussus, Cassus, Cæssus. Quod nunc etiã sequi, fortasse alijs in quadam curiositate ineptum, alijs a studio

dio Latinitatis neutiquam alienum eſſe uideatur, vt de hoc præcipere, aliquid non libeat.

Imperioſus, gemina ss, & Verrucoſſus, & querella. de quibus ſuo loco.

Inceſtus, ſine diphthongo, a Græco, ἀνήκεστον, ideſt inexpiabile deploratum, ab α, non ἀκέω medeor. Feſtus & Q. Papirius Grammaticus, qui deducunt, ab In, & caſtus, A, in E, mutata: alij ἀκάστος, cingulo Veneris (de quo antea) quaſi, ſine Ceſto, id eſt ſolennitate & legibus coniugij.

Inchoo, malim, quam Incoho: in quo ſequor Feſtum & Scaurum, qui a Chaos, deducunt.

Increbeſco, dixerim: & Increbuit in præterito, non Increbreſco, & increbruit. Sicut Erubeſco, erubuit. Vt enim a Ruber, fit Rubeo, Rubes, & a Rubes addita co, fit Rubeſco: Sic a Creber deductum eſt inuſitatum hodie verbum, Crebeo, es: vnde factum eſt, Crebeſco, & Increbeſco. Non enim me mouent Nigreſco, & Macreſco, nam deducuntur a Nigreo, & Macreo, cum Rubeſco a Rubeo, & Crebeſco, a Crebeo.

Indutiæ cum T, quaſi Inductæ ſcribendum puto, ex ſententia A. Gelij lib. 1. cap. xxv. Qui indutias, inquit, ſic dicas arbitramur, quaſi tu dicas, Inde uti iam. Pactum indutiarum eiuſmodi eſt, vt in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur: ſed ex eo die poſtea uti iam omni belli iure agantur, & inde uti iam, pugnetur.

Infitior, cum T, libri ueteres; Feſtus quoque infitiari dictum putat, quaſi creditum fraudare. Qua definitione uidetur, Infitior, deducere, ab Infiteor.

In primis, malo quam Imprimis, aut aliter, ut differat a ſecunda perſona verbi, imprimo, cum N, ante P. in M, mutetur.

Internundinium, non internundinum, Victorinus Afer Grammaticus ſcribendum præcipit: cuius hæc ſunt verba: Internundinium ſcribendum, vt enim Interlunium, & Trinoctium: Ita Internundinium, quod nouem dies inter ſe continuos habeat, non quod nouo die ſit.

Irritare, R R, geminata: quod verbum ait Donatus a canibus

nibus esse deductum, qui, restrictis dentibus, R, litteram imitantur: Qui uno R, scribunt, ab Ira, deducunt.

Istic, non Isthic.

ITIVS, portus: de quo Cæsar, & Strabo, non ICCIVS.

IV, pro IIII, plerique veteres scribebant.

Iucundus, non Iocundus. Pluris enim apud me est Ciceronis auctoritas, quam omnes & lapides & Grammatici, si qui sunt, qui aliter sentiant. Quamuis potest & a Ioco, deduci. Is igitur sic, libro 2. de Finibus. Hanc iucunditatem transfer in animum, Iuuare enim in vtrõque dicitur, ex eo que iucundum.

IVPPITER, duplici P P.

Iurisconsultus reperio in antiquis lapidibus, non Iureconsultus. Plerisque tamen placet Iureconsultus.

Iurisdictio, non Iurisditio.

Iusticia, cum c, non Iustitia.

K

Kæso, cum K, & diphthongo, pronomen Fabiorum.

Kalendæ, cum K, libri ueteres, & lapides Capitolini, & alij: præterea Seruius Honoratus, Diomedes lib. 2. c. 1. Terentius Scaurus, & Victorinus Afer. Sed in primis est alienum, quod etiam Kalendas hanc litteram habere uoluerunt, cum Græcas Kalendas nullas esse etiam prouerbio significentur.

L

Lacrymæ, sine adspiratione, & cum Y: vt a Græco, δάκρυον deducitur, quod etiam libri ueteres, & lapides confirmant: in quibus est, Lacrume, V, pro Y, vsurpata. vt in Sulla, pro Sylla. Prisci tamen Romani, lachrymæ, cum adspiratione dicebant. vt ait Gellius lib. 2. cap. 3. & Cicero in Oratore. In sermone Latino nulli consonanti adspirari verum est; itaque & de Græcis verbis detractæ fuerunt adspirationes, ut docuit Iouianus Pontanus. Qua propter scribemus, Pulcer, Orcus, Lurco quoque. & si hæc Probus adspirationem habere putat: Nam de alijs pronunciat omnia esse peregrina, quę post c, litteram adspirationem habeant, ut Chorus, Charon,

ron, Charta. Sic dicemus, Schola, Schema. Erit, & Cachinnus Græca origine.

LAELIVS, cum æ, familia Romana.

Læna, cum æ, genus vestimenti. Festus, qui deducit a Græco χλαίνη. & libri veteres.

Læna, cum æ, Festus & lapides, Cõtra Nonij sententiam, qui deriuat a Leuando, & Græcis est λαῖος.

Lapicidina, malim scribere, quam Lapidicina, cum a lapidibus cædendis dicantur.

Leæna, cum æ, a Græco λέαινα.

LEMANNVS, lacus, duplici N N.

Letum, sine diphthongo, & sine Adspiratione. Placet enim Prisciani sententia, qui deducit a Leo, les, quo veteres utebantur pro Deleo, quod omnia mors deleat. Appuleius quidam Grammaticus deducit a Luo: ideoque scribi vult cum æ, diphthongo; quod mihi non persuadet. Varro, & Festus a Græco λήθη, deriuatum putant, quod si ita est, cum adspiratione scribi debuit, quam in antiquissimis libris nondum uidi, ideoque Prisciani opinionem libenter sequor, assentientibus & lapidibus.

LICINIVS, non LICINNIVS.

Ligula a doctis scribitur: Lingula a Grammaticis. Martialis lib. vlt. Quamuis me Ligulam dicant Equitesque, patresque, Dicor ab indoctis Lingula Grãmaticis. Festus, Lingulam per diminutionem Linguę, dictam putat. Sosipater Carisius, lib. 1. Ligulam vsu frequentari scribit.

Ligurrio duplici R R, libri ueteres.

Litteræ, duplici T T, libri ueteres.

Litus, unica T. Pierius ait scribendum ex antiquis libris, & ex Analogia, cum deducatur a Lido, siue Lino: & ex lapidibus.

Lucilius, vnica L.

Lutatius, non Luctatius, aut Luttatius, familia Romana.

M

MAECENAS, Cilliniorum cognomen, cum æ, in prima syllaba.

Mæreo, Triſtor, cum æ: deducitur a Marceo, ere, teſte Varrone.

Magalia, & Mapalia, ſcribi poteſt. Seruius in Virg. Aen. lib. IV. his verbis: Magalia, & Mapalia, idem ſignificat. Sed Magalia, Ma, producit: Mapalia uero corripit: vt, & raris habitata Mapalia tectis. Feſtus Pompeius Mapalia nominat: Magar, autem lingua Punica, Villam ſignificat.

Marcius, non Martius, familia Romana: a Marco enim eſt Marcius Marcianus: Sicut a Quincto Quinctius, & Quinctilianus Quinctilius: a Tito Titus, & Titianus: a Manio, Manilius: & alia nomina non pauca a Prænominibus deducta.

Martialis, a Marte, cum T.

Maſſaniſſa, non Maſiniſſa, Numidiæ Rex.

Mauretania, non Mauritania.

MAXIMILLIANVS, duplici LL.

Meſſalla, gemina LL. cognomen Valeriorum.

Mihi, non Michi.

Miſtus, non Mixtus, a themathe, Miſceo, miſcui, miſtum.

Mœchor, cum Oe: μοιχὸς, μοιχεύω.

Mœnia, cum Oe, vnde murus dicitur, Oe, in V, conuerſa, quemadmodum & Cœrare pro Curare. Mœnia, hinc munio: Pœna, Punio: Pœnus, Punicus, a, um.

Mœſia, prouincia, cum Oe. Eadem cum Muſia, ſiue Myſia.

Montuoſus, ſcriptum uideo in antiquis libris. Montoſus, tamen Virgilius dixit lib. V. Aeneid. Et te, montoſe, miſere in prælia, Mirſe.

Monumentum, non Monimentum, vt Documentum.

MVCIVS, non MVTIVS.

Multa, an Mulcta ſcribendum ſit, ſi Etymologiam ſequimur, obſcurum: cum, ut ait A. Gellius, Sabinũ verbum ſit. Ego aſſentior doctiſſimis uiris, qui Multa libentius, quam Mulcta, ſcribunt: cum quibus conſentiunt libri veteres & lapides.

MVRENA, ſine diphthongo, Cognomen Liciniæ gentis. libri ueteres & lapides capitolini. Neque Illurios improbem, neque æs Cuprium, neque cuminum, neque collutium, &c. & ὗς certe Sus eſt, & μύραινα Muræna,

ræna, ficut μῦς Mus, & μύτιλος Mytilus, & δύω duo.
Muſeum, μουσεῖον.

N

Næ, pro certe, cum æ: Græce enim eſt ναὶ.

NÆVIVS cum æ, Martialis lib. I.

> Næuia, ſex cyathis; ſeptem, Iuſtina bibatur;
> Quinque, Lycas; Lyda, quattuor; Ida, tribus.

Ne dum ſeparatim ſcribo: quia ficut, Non multa, Non nulli, & Non nihil, ſeparatim ſcribimus: ſic reliqua videntur ſcribenda: Non nunquam, Nihil dum, Non dum, Nec dum, Ne dum.

Nefas, & ſimilia, cum F.

Negligo, placet: non, ut in antiquis pleriſque & lapidibus, & libris, Neglego, aut Neclego. Dicimus enim, Colligo, Deligo, & ſimilia.

Negotium, cum T. componitur enim ab Otium.

Nimiopere, vna vox coniunctim, ficut Magnopere, Maximopere.

Non dum, diſiunctim ſcriberem.

Nummus, duplici MM. Et Prologus Plautinæ fabulæ Trinummus.

Numquam, ex antiquis monumentis, non Nunquam. Sic & Quamquam, Vtrumque, Quemquam, Quæcumque, Quotieſcumque, Namque, Quãtulacumque, Vtrorumque. Contra tamen inuenitur, Nunquam, Tanquam.

Nuncius, cum c.

O

Obſcenus, ſine diphthongo: deducitur enim a Scena, quam Græci Σκηνὴν, quaſi contrarium Scenæ: quod in Scena, multis præſentibus, pronunciare non liceat: male enim Priſcianus deriuat, ab Obs, & Cano.

Onus, ſine Adſpiratione.

Opidum, vnica P, vel Oppidum, pro uaria origine. Varro enim lib. IV. inquit, Opidum ab ope dictum, quod munitur opis cauſſa, ubi ſint, & quod opus ſit ad uitam gerendam, ubi habitent tuto. Vel Opida, quod opera

munibant

munibant mœnia. Et Festus, Opidorum, inquit, originem optime refert Cicero: quod opem darent: Vel dicta sunt Oppida, ab oppositione murorum.

Oportet, vnica P. libri ueteres & lapides.

Opperior, duplici P P.

Opportune, duplici P P. libri ueteres & Analogia.

Orichalcum, ab ὄρος, non Aurichalcum.

OSTIA, vrbs, sine Adspiratione.

Ostium, sine Adspiratione.

Otium, cum T. libri ueteres, & Q. Papirius Grãmaticus.

P

Pæne, pro fere, cum æ, & sine accentu: libri ueteres & lapides omnes. Eiusmodi sunt, Sane, Ferme, Profecto, & similia: quæ sine Accentu, ex antiqua consuetudine, scribo.

Pænitet, cum æ, libri veteres.

Pænula, cum æ.

Pænuria, cum æ, quod pæne vrat.

Pætus, cum æ.

Palæstra, cum æ: παλαίω, παλαίστρα.

Palpebræ, cum B, non palpetræ.

Papirius, cum I, & non cum Y.

Parcimonia, scriberem, non parsimonia. Sicuti enim dicimus, Querimonia, Alimonia, a Queror, & Alo; cur non & Parcimonia, licet dicere, assentientibus lapidibus? Nam si a supino deriuarentur hæc nomina, Questimonia, Alimoniaque diceremus, quod non dicimus. Non igitur a supino, sed a principe verbi ipsius, deducuntur.

Parilia, & Palilia dicitur, a Pale, pastorum Dea, L, in R, mutata: vel a pario, seu a partu Iliæ.

Parricida, duplici R R.

Patricius, cum C.

Patrisso, & similia per ss.

Paullum, & Paullulum L L, geminata, ut sensit Terent. Scaurus.

Paullus duplici L L, cognomen Æmiliæ gentis, unica tamen L, legitur in quibusdam inscriptionibus.

Pecunia, per C, & non per Q.

Pellego, Pellucet.

Penitus, non Pęnitus. Poetæ enim primam corripiunt.

Penarius, & Penuarius. Corripiunt autem Poetæ primam.

Perennis, non Peremnis.

PHOEBVS cum Oe: Φοῖβος.

Pignus pigneris, dicebant veteres. Pignus pignoris, posteriores. Verba autem isthinc facta, & verbalia omnia, per E, tantum scribuntur: vt pignero, oppignero, pignerator, pigneraticius. Nec mirum, ut monet Valla. lib. VI. cap. 57. Pignoris O, habere in genitiuo, cum verba ab eo nata habent E, quando a Fenus, fenoris, dicitur fenero: a frigoris, refrigero: a temporis, tempero: a litoris, oblitero: a penus, penoris, penetro.

Piræus, cum Ae, diphthongo in secunda syllaba. τὸ πειραιόν.

Pœna, cum Oe, scribo, Græci enim ποινὴ.

Polla, duplici L L, deductum a Paulla.

Pollio, L L, geminata, cognomen Asiniæ gentis.

Pomerium, sine diphthongo, licet a Pone & Mœros, id est Muros, deductum sit: sicut, & in alijs Oe, pro V, vsurpabant: vt Cœraru, pro Curare: Mœri, pro Muri: Oesus, pro Vsus, apud Ciceronem lib. II. de legibus. Mœsiá, pro Musia, siue Mysia, & similia.

Poplicola, non Publicola, P. Valerij cognomen, nimirum quasi qui a populo coleretur.

Porcius, cum C, familia Romana, a Porco, ut ab Asino Asinius, ab Oue Ouius, a Gallo Gallius.

Postridie, quidã duplici T T, scribunt, quasi post triduum: quos non sequor, in omni enim re delectus est habendus. Eadem ratione scribunt, & Transcribo, Astitit, Pedissequus, Alissequus, & similia.

Postumius familia, & Postumus cognomen, sine adspiratione, contra Etymologiam. Plutarch. in Sulla. ὃς ὕστερον τῦς πατέρων τελευτῆς γενόμενοι, Idest, Qui nascuntur post mortem patris.

Prædium, Præmium.

Præmefero, prætefers, præsefert, vnica dictione scribo: quam-

quamquam ex tribus componatur: vſu enim in unã tranſijt: ſicuti Quemadmodum, Quamobrem,& ſimilia.
Præſertim, cum æ.
Præſtinguere ſcribo, non Perſtringuere, aut Præſtingere, ex auctoritate veterum librorum.
Prenſus,non Prehenſus,a Prendo,non Prehendo.
Pretium,ſine diphthongo. alijs tamen placet per e.
Pro, ſine Adſpiratione: vt, Pro Iupiter.
Proconſul, vnico uerbo ſcribendum licet exiſtimare, cum Suetonius, & Plinius,Proconſulatus,A.Gellius Proconſulare,vnico verbo dixerint. Sicut & unica uoce ſcribuntur Abnepos, Pronepos, Proprætor. non Abnepote, Pronepote, &c.
Prœlium, cum Oe.
Proſcenium,ſine diphthongo, deducitur enim a Scena.
Protenus, & Quatenus, potius q̃ Protinus, & Quatinus.
Pulcrum,abſque Adſpiratione,quaſi polcrum, a polio,polire. potius quam, ut a Græcis tranſlatum eſſet, pulchrum, quaſi πολὺ χρῶμα. Nam nomina huiuſmodi in CRVM exeuntia, a uerbis deducuntur: ut a Fulcio, Fulcrum: a Sepelio, Sepulcrum: a Polio, Polcrum: mox conſuetudine Pulcrum. alij etiam pulcher & pulcherrimus ſcribunt.

Q

Q. Scribebãt ueteres,cum copulantem particulam, Que, ſignificarent.
Quamobrem,Quemadmodum, Sicut, Sicuti, velut, veluti, Quamprimum, Quamplurimum, Quamplures, Quam doctiſſimus,Perbellem,Perdoctum, Admodum,Proptetea,& ſimilia,unica dictione ſcribo: quæ cum ſint compoſita,vſu tamen in unam naturam coierunt.
Quattuor, duplici TT.
Querella, ſine diphthongo, & duplici LL.ita libri ueteres.
Queror, ſine diphthongo.
Quidquid, & Quidquam: non Quicquid,aut Quicquam. Dicimus .n. Quodque, & Quidque, quamquam uideo

etiam in uerbo Acquiro, D, in C, mutari. Sed scriptum tamen etiam animaduerti in antiquissimis monumentis, Adquiro.

QVINCTVS, QVINCTIVS, QVINCTILIVS, QVINCTILIANVS, & QVINCTILIS, cum CT, scribo: secutus lapides Capitolinos, & alios: etsi quidam lapides sine C. Admonet enim Etymologia, ut quemadmodum a Relinquo, relictus, a Coquo, Coctus, sic a Quinque, Quinctus, deriuemus.

Quo modo, & Quoquo modo, & similia, quis dubitet separatim scribenda esse? sicuti etiam scribitur, Quodam modo. Eiusdem generis sunt. Si-quis, Prius-quam, Postea-quam, Ante-quam, Propterea-quod: quod libri veteres videntur confirmare.

Quotidie, quod componitur ex Quoto die, cur non scribam, cum antiquis? Quinctilianus enim ætate sua Coti die dictum significat: Verum-enim in hoc uetustiorem consuetudinem magis probo alioqui ut Cotidie, sic & dicendũ esset Cotannis, quod ineptum, & contra consuetudiné esset, assentiente Virgilio Carpensi. lapides, Cottidianus habent. Quotidie uero duplici TT, Poetæ scribunt metri caussa: ut in Relligio, Relliquiæ, rettulit.

Quoties, non Quotiens. Item Toties, non Totiens.

R

RÆTI, populi, cum Æ, diphthongo.

REGIVM Italiæ opidum, sine adspiratione.

RHEGIVM vero Siciliæ opidum cum adspiratione. Strabo. lib. 6. deriuat ἀπὸ τοῦ ῥαγάναι, id est a Frangẽdo.

Religio, unica L, libri & lapides. Poetæ addunt L, ut prima syllaba producatur, quæ natura breuis est.

Reliquiæ, vnica L, fit enim a Reliquo. Poetæ addunt L, vt prima syllaba producatur; alioqui locum in carmine non haberet.

Reprehendo, sine diphthongo, & cum Adspiratione.

Retulit, in soluta oratione: Rettulit in carmine.

Robigo, non Rubigo: unde ueteres Robum dixere.

RVFVS, RVFINVS, RVFINIANVS, vnica F.

S

SACRAVIA videtur & vnica dictione & duabus scri bi posse. & dicimus etiam Sacrauienses.

Sæculum, cum æ. Quidam a sequendo deduxerunt, quod sequatur se, atque in se reuoluatur. Varro a Sene deriuat, quod longissimum spatium scenescendorum hominum id putauerunt: vtrocumque modo corripi syllabam necesse uidebatur. Ideo veteres addiderunt A, vt fieret diphthongus.

SALLVSTIVS, LL, geminata.

SCÆVOLA, an SCÆVVLA scribendum sit ambigo.

Scena, sine diphthongo. (σκήνη.)

Schola, cum adspiratione, ex Græca deriuatione σχολὴ.

SCIDA, inquit Carisius instit. lib. 1. charta, sine adspiratione, a Scindendo dicta est. Sed alij eam cum adspiratione Schidam, ex Græca ἀπὸ τοῦ σχίζειν, dictam putant.

Septemtrio, cum M, non cum N.

Sepulcrum sine adspiratione, fit enim a Supino Sepultum: Sepulcrum, vt a Simulatum, fit Simulacrum: ab Inuolutum, Inuolucrum: a Fultum, Fulcrum: a Lauatum, Lauacrum: ab Ambulatum, Ambulacrum: mutata T, in C, & addita R.

Sequuntur, non, vt quidam libri, & lapides, Secuntur: dicimus enim, Sequor, & sequens, & sequela, in supino tamen secutum, vitani de asperitatis gratia.

SERRANVS duplici RR, Atiliorum cognomen, etsi deducatur a Serendo. Atilij & Serrani, & Sarrani dicti sunt, post captum Regulum Pœnis, siue Tyrijs, quos Sarranos recte dici, Probus, siue quis alius docet, dum interpretatur Virgilij locum. Sarrano, incubat ostro. Hinc Tibiæ Sarranæ apud Terentium. TYRVS Hebræis TSOR, appellatur. Et A. Gellius lib. XIV. c. 6. meminit Tyrum antiquitus Sarram esse uocatã: quæ vox Hebræo nomini vicinissima est.

Sidus, cum I, non cum Y. deducitur enim (vt ait Varro) ab Insidendo. Inde sunt, Considero, & Desidero.

Sigillatim, non Singillatim: a Sigillum.

Silua, cum I, non cum Y. omnis antiquitas: fortassis a Silendo. Alij scribunt cum y, deducentes a Græco ὕλη, contra libros lapidesq. omnes. Ita &

SILVANVS, Deus, & SILANVS, cognomen Plautiorum, cum I, non cum Y.

Simillimus, gemina ll. vt syllaba producatur. Poetæ.

Sincerus, cum i, non cum y. vide quid de eo disputat Valla, lib. vi. c. 31.

Siquidem coniunctim scribo, quod indicat Ouidij versus: Quæ mihi uentura est, siquidem est ventura senectus. Nam, S I, cum non est compositum, producitur. Eiusdem generis sunt, Quare, Quamobrem, Postea, Propterea, Ideo, Sanequam, Valdequam, Præterquam, Quilibet, Quiuis, & similia.

Soboles, largior consuetudini, auribus indulgenti: cui & Cicero ipse plurimum tribuit, ut in Oratore legimus: licet antiquiores libri habeant Suboles: & cum libris lapides consentiant, ut omittam satis apertam compositionem, ex sub, & olesco.

Solemne, non Solenne, habent antiquissimi libri, & lapides. Analogia Solenne uidetur probare: si modo a Solo anno deducitur, ut quidam putant, & Peremne dicimus, non Perenne, quod itidem ab Anno componitur: in hoc tamen plus Antiquitati demus, quam Analogiæ.

Sollers, duplici L L, Martial. lib. III.

Sollicitare, duplici L L, a Sollers & citus, seu potius, quasi Solo citare, i. ex suo loco ac sententia mutare. Solum autem, quin significet Locum, quis dubitet? cum Exules quoque dicantur, loco patriæ suæ pulsi.

Sollistimum, duplici L L.

Speleum, sine diphthongo: Tamen Græcis est σπήλαιον.

Squaleo, Squalius, & Squalor, unica L, a squama deductum: libri ueteres, & lapides.

Squama, vnica M.

SVFENAS, vnica F.

SVGAMBRI populi, non SICAMBRI.

Sulphur, cũ PH, non cũ F. Sicut & Triũphus, non Triũfus.

SVLPICIVS cum C.

Summuto, Summitto, Summoueo, Summœnia, & similia, Potius cum M, quam cum B.

Supellex unica P, & duplici L L. libri ueteres, & Poetæ, qui primam corripiunt. Persius, Tecum habita, & noris quam sit tibi cura supellex.

Suspicio, non suspitio.

S Y L L A, potius quam S V L L A, nam Sulla antiquius est, eorum temporum, cum Romani a Græcis litteris alienis libenter V, pro Y, pronunciabant. Itaque Phruges, non Phryges, & Purrhus, & non Pyrrhus: eos dixisse, auctor est Cicero in Oratore. Sic Lacruma, pro quo posteriores Lacryma: Donatus in Terentij Hecyr. act. 1. Scen. 2. Syra, inquit Sura, veteres legerunt, V, pro Y, ponentes: ut Musia, Suria: Sic & Cumatilis color a Græco κύμα.

Synhodus cum y, & Adspiratione, a Græco, vt in Methodus, Exhodus.

T

Tædet, cum æ.

Tæter, cum æ.

Tensa, sine Adspiratione, Festus, & Pedianus, qui deducit a Tendendo. Eius hæc sunt, in tertiã Ciceronis Orat. contra Verrem: Tensæ sunt sacra vehicula. Tensas alij a diuinitate dici putant: alij quod ante ipsas lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere, & tangere, qui eas deducunt. Seruius autem enarrans illud Virgilianum lib. 1. Aen. Hic currus fuit, his uerbis utitur: Thensam significat, qua deorum simulacra portantur. Thensa autem cum Adspiratione scribitur, ἀπὸ τοῦ θείου, id est a rẽ diuina: etsi in quibusdam libris non eodem modo legantur hæc postrema uerba.

Tento, non Tempto, ex Analogia, frequentatiuum enim est, a Teneo.

Tercentum, non Trecentum. Sed Trecenti, æ, a, mouetur: Tercentum uero immobile est.

T E V T O N I populi, non T E V T O N E S.

Thesaurus scribẽdum, quia deductum a Græco θησαυρὸς, non Thensaurus.

TIBER, Tiberis, cum I.

TILLIVS Cimber, percussor Cæsaris, nō TVLLIVS.

Torus, sine Adspiratione dictus, ut inquit Seruius, a Tortis herbis; vel, vt ait Varro, a Toruo.

Transfero, & deriuata cum N S. Veteres autem dicebant Tralatus, Tralaticium, Traductus, Traiectum, Tramissus, & similia.

Triumpho, cum P H, non cum F. Item, Triumphus.

Tus, sine Adspiratione. Carisius, Tus, inquit, a Tundendo, sine Adspiratione dicitur. Quamuis Iul. Modestus ἀπὸ τοῦ θύειν deriuat.

TVSCIA, sine Adspiratione.

TVSCVLANVS sine Adspiratione.

Tutelarius, vnica L.

Tyrannus, Græce τύραννος.

V

Vaccinia, duplici C C.

Valetudo, dixerim libentius quam Valitudo, contra Analogiam, & ueteres aliquot libros. Video enim Horatium in sermonibus dixisse, Valetudo producta secunda syllaba: quæ, si Valitudo dicas, breuis erit. Verisimile igitur est, alios Valitudo, alios Valetudo, pronunciasse, in quibus Horatium: fortasse a duplici Supino, Valitum, & Valetum: ut a Soleo, Solitum, & Soletum: vnde Obsoletum, Exsoletum.

Vdus, non Hudus.

Veneo, pro vendor, sine diphthongo.

Verrucossus, duplici R R. & duplici SS, vt Imperiossus.

Vertex, cum E, non vortex scribendum ait Quinctilianus lib. 1. quo etiam loco, primum Scipionem Affricanum ita scripsisse, tradidit. Sosipater, Verticem a Vorando, Verticem a Vertendo dicta putat.

Vindico, non Vendico, ex Analogia: Dicimus enim Vindex, non Vendex.

VIRGILIVS malo quam VERGILIVS, iuxta Etymologiam: a Virga enim plerique inquit Ioh. Pierius, dictum agnoscebant, id scilicet a matris somnio desumptum, vel a Virginali facie & modestia, vnde &

Par-

Parthenias appellatus eſt: & in codicibus multis uetuſtis notatum inſpicitur, P. PARTHENIATIS VIRGILII MARONIS.

Vnguentarius, non Vngentarius.

VOLCANVS, & VOLCANALIA.

Volturnus.

X

XANTHIPPE, cum Adſpiratione.

Veteres numerorum notæ.

I	Vnus.
V	quinque.
X	decem.
L	quinquaginta.
C	centum.
I Ↄ	quingenta.
C I Ↄ	mille.
I Ↄ Ↄ	quinque millia.
C C I Ↄ Ↄ	decem millia.
I Ↄ Ↄ Ↄ	quinquaginta millia.
C C C I Ↄ Ↄ Ↄ	centum millia.

ALPHABETVM
GRAECVM.

Litteræ apud Græcos, ſunt quattuor & viginti.

Α α	Αλφα	Alpha	a
Β β ϐ	Βῆτα	Vita	b
Γ γ ſ	Γάμμα	Gamma	g
Δ δ ð	Δέλτα	Delta	d
Ε ε	Εψιλόν	Epſilon	e
Ζ ζ ζ	Ζῆτα	Zita	z
Η η	Ητα	Ita	e longum
Θ θ ϑ	Θῆτα	Thita	th
Ι ι	Ιῶτα	Iota	i
Κ κ	Κάππα	Kappa	c
Λ λ	Λάμϐδα	Lambda	l
Μ μ	Μῦ	My	m
Ν ν	Νῦ	Ny	n
Ξ ξ	Ξῖ	Xi	x
Ο ο	Ο μικρόν	O micron	o paruum
Π ϖ π	Πῖ	Pi	p
Ρ ρ	Ρῶ	Rho	r
Σ σ ς	Σῖγμα	Sigma	s
Τ τ ʇ	Ταῦ	Taf	t
Υ υ	Υψιλόν	Ypſilon	y
Φ φ	Φῖ	Phi	ph
Χ χ	Χῖ	Chi	ch
Ψ ψ	Ψῖ	Pſi	pſ
Ω ω	Ω μέγα	O mega	o magnum

Vocales ſunt ſeptem α ε η ι ο υ ω

Diphthongi ſex. αι αυ ει ϐ οι ου

ALPHABETVM
HEBRAICVM.

Hebręi cum ſcribunt,aut legunt,neque Latino rum,neque Gręcorum ordinem ſeruant: ſcribunt enim & legunt tendentes a dextra ad ſiniſtram.

Vigintiduarum litterarum Hebræarum formæ, & nomina.

ו	ה	ד	ג	ב	א
Vau vel Vaf	He	Daleth	Ghimel	Beth	Aleph
ל	כ	י	ט	ח	ז
Lamed	Caph	Iod	Teth	Heth	Zain
צ	פ	ע	ס	נ	מ
Sadi	Pe	Aain	Samech	Nun	Mem
		ת	ש	ר	ק
		Tau vel Taf	Sin	Res	Coph

Quinque litteræ, quæ tantum in fine dictionum ponuntur.

ץ	ף	ן	ם	ך
Sadi	Pe	Nun	Mem	Caph

Aliæ litterarum Hebraicarum formæ, quibus vtuntur Hebræi quum epiſtolas,aut alia ſcribunt.

אבגדהוזחטיכלמנסעפצקרשת

Litteræ finales ſecundi generis.

ץ ף ן ם ך